TYROCINIVM.

DE SACRO ALTARIS MYSTERIO HVIVSQVE sanctissima pertractatione, & quibus gradib. ad illud ascendendum, Libellus nunc primum in usum omnium Ecclesiasticorum excusus.

PER MICHAELEM BVEchingerum Colmariensem.

Ioan. VI.
Ego sum panis viuus, qui de cœlo descendi.

AD LECTOREM.
Χρῶ τοῖς εἰρημένοις ἢ ζήτει βελτίω τούτων
Quæ à nobis dicta sunt in usum uitæ recipe, aut certè meliora inquire.

Anno M. D. LV.

Ad candidũ, catholicúmque Lectorem CLAVDII PETRI Lotharingi Epigramma.

Vllia diuitibus uiduæ munuſcula donis,
Dum præfert Chriſtus, laudat & illa magis.
Nos docet æterno quæcunq; placere Tonanti,
Pectore quæ dantur munera parua pio.
Dumq; iubet ſæuis tradi cruciatibus illum,
Credita qui Domini munera condit humo.
Admonet aſſiduo ſuperum exercenda labore
Eſſe, nec ingrato dona præmenda pede.
Illaq; diſſimili quamuis ſunt tradita lance,
Nil patitur Vindex inde perire ſibi.
Viq; pium referunt, ipſo auſpice, munera lucrũ,
Grandia, ſic fœnus parua referre iubet.
Tam leue nilq; dedit, quin ſi uertatur in uſus,
Tempore non fructum reddat ubiq; ſuo.
Ite alacres igitur Diuûm qui munere quina,
Vel uigili fertis bina talenta manu.

Pergite fœlici commiſſam fœnore ſortem
Augere, & donis quærere lucra pijs.
Hijs ſiquidem AEthereum uirtutibus itur in orbem.
Auget & omnipotens ſic ſua dona Deus.
Qui pia pertenui uenientia munera gaza
Sæpius elatis prætulit officijs.
Quiq; ſui quemuis pro conditione Talenti
Ferre iubet templis myſtica dona ſacris.
Talia, crede, tulit Chriſto gratiſſima, ſponſæ
Illius ingenuo qui colit ore fidem.
Quiq; uenenatæ Hæreſeòn ſibi cauit ab arte,
Et fouet unanimi priſca ſtatuta modo,
Falſaq; molitur ueris eludere ſcriptis
Dogmata, queis agitat tempora noſtra Sathã.
Scilicet hac nobis commiſſa pecunia lege
Creſcit, & uſuram hanc, fœnus amatq; Deus.
Quoq; magis Domini ſua ſemina mittit in agrũ
Orcus, & inſanis pandit ouile lupis.
Dumq; prophanantur fidei myſteria paſſim,
Antiquæq; ruit Relligionis honos.
Et fera Mauortis, Bellona tumultibus orbem,
Implicat, & ſpretæ prælia pace ciet.
Hoc magis acceptis inniti quiſq; Talentis
Debet, & infracta ferre ſiniſtra fide.

Talia

Talia prædixit nostros uentura sub annos
Christus, & admonuit quemq; cauere sibi.
Nam sua continuis ECCLESIA uera periclis
Subditur, ut Nauis quam Maris unda quatit,
Quamq; procelloſi Boreas Eurusq; fatigant,
Syrtibus & dubijs implicuiſſe ueliut.
Sed quia cunctipotens media ſe puppe locauit,
Tuta per anfractus pandere uela ſolet.
Charaq; poſt Scyllam, poſt infeſtamq; Charybdim,
Ad portum ſalua pignora puppe uehit.
Hanc Zephyrusq; Notusq; petant, petat agmine quicquid
Aeoliæ frenat uaſta cauerna domus,
Nil tamen efficient, leges imponere uentis
Et pelago, nauim qui regit, ipſe poteſt.
Dormit at interdū, Nauisq; relinquitur Auſtris,
Noſtra ruinoſa dum cadit arte fides.
Dumq; nouas Domini deſpecta puppe carinas
Quærimus, et capiunt nos mala quæq; nimis.
Quis furor hāc Nauim, qnæ nunc Eccleſia, faſtu
Spernere, & Hæreſeon carbaſa uana ſequi.
Sanguine quam proprio ſceleris purgator auiti
Abluit, & cum qua ſe fore ſemper ait.
Qui ſua compoſito claudit ſi lumina ſomno,

Et sinit impelli per mare Vela Notis
Nutat et undisono tanquam male tuta profundo
Nauis, & acceptis scissa fatiscit aquis.
Falsaq; latinagum turbant si dogmata mundum
Cumq; cadit sancta iam pietate fides.
Quis pia Doctorum prudens conuellere scripta
Audeat in uulgus missa labore graui?
Aucta quibus cupiunt accepta Talenta probari
Christo, & opem possunt quo pede ferre rati.
Nam uelut immensæ feriunt dum uela procellæ,
Omnis in auxilium uecta caterua ruit.
Sollicitisq; graui succurrunt remige Nautis
Typhœâ qui nil, uel minus arte ualent.
Tale nec auerso fastidit Nauita uultu
Auxilium, grato laudat at ore diu.
Sic decet antiqua pro Religione labores,
Quidlibet & uigili quemq; subire menu
Hoc te nec pudeat uinci certamine: magna
Si dederint alij, parua dedisse uelis.
Pectore metitur siquidem benefacta fideli,
Illa refertq; sui Christus in arce poli.
Hac etiam adducti Patres mercede uetusti
Mille tot emissis donatulere libris.
Vt sua uenturis exempla nepotibus essent
Scripta perennanti non moritura die.

Horum

Horum igitur si quis uestigia sancta sequutus
Quanta potest dederit, munera grata dabit.
Inuidiæ est ergo quosuis mordere labores
Dente Theonino, dum nihil ipse facis.
Desidiæq; fuit quum sancta uolumina tractes,
Nil audere, legat quod pia Posteritas
Talia dum studio tentat uitare MICHAEL
Hoc tibi præsenti tempore cudit opus.
Quo potes antiquæ fidei Mysteria nosse,
Soluere & astutas Hæresis insidias.
Quæ licet innumeris quõdam sint tradita libris,
Totq; pie doctos sæcula nostra ferant,
Sunt tamen Heroûm non uisa indigna fauore
Scripta MICHAELIS non moritura breui.
Quæ tu dum relegis fac te pietatis Alumnum
Sentiat is, cuius Mystica uerba sonas.
Inseruire cupit sic Buechingerus honori
Christiadum, Lector consule quæq; boni.

Eiusdem Claudij Petri Octostichon.

Dij tibi pro meritis dent Buechingere quod optas.
Et tua commeruit quod pia Musa simul.
Namq; salutifero discordia Schismata libro
Destruit, & ueterum protegit illa fidem.
Ergo ades, insigni, qui uis pietate Tonanti
Seruire, & stabili pectore sacra sequi.
Perlege quæ facilis docto canit ore MICHAEL.
Schismatis & uiues tutus ab insidijs.

FINIS.

CLA-

CLARISSIMIS AC

OMNIS IVSTITIAE AMANTISSIMIS uiris senatoribus inclitæ urbis Colmarienſis MICHAEL BVECHINGERVS gratiam & pacem à Domino.

DORMIVIT HACTENVS mea Muſa longum ſoporem, nõ profecto ut ueterno ſo ocio torpeſceremus, ſed ut recuperata integra ualetudine, cum maiori mentis acrimonia, uobis, CLARISSIMI uiri, ad priſtinum officium redirem alacrior, neq; tamen interim turpiter ceſſaui, docens adminiſtrans, præter cum publica tum priuata negocia, quibus non parum diſtinemur. Quo ergo cultu, qua ueneratione, quóue pignore, etiã illis deploratiſſimis fere temporibus, uobis hanc animi mei obſeruantiã teſtarer, ueſtramq; humanitatẽ officio aliquo demererer, cogitabam. Mox animus erat uos pulchro aliquo & magno, quando uos pulcherrimis maximisq; digniſſimi, munere adornare: nam multa huius ſanctiſſimi Magiſtratus, tam in me quàm

Eiusdem Claudij Petri Octostichon.

Dij tibi pro meritis dent Buechingere quod op-
tas.
Et tua commeruit quod pia Musa simul.
Namq; salutifero discordia Schismata libro
Destruit, & ueterum protegit illa fidem.
Ergo ades, insigni, qui uis pietate Tonanti
Seruire, & stabili pectore sacra sequi.
Perlege quæ facilis docto canit ore MI-
CHAEL.
Schismatis & uines tutus ab insidijs.

FINIS.

CLA-

CLARISSIMIS AC

OMNIS IVSTITIAE AMANTISSIMIS uiris senatoribus inclitæ urbis Colmarienſis MICHAEL BVECHINGERVS gratiam & pacem à Domino.

DORMIVIT HACTENVS mea Muſa longum ſoporem, nõ profectò ut ũeternoſo ocio torpeſceremus, ſed ut recuperata integra ualetudine, cum maiori mentis acrimonia, uobis, CLARISSIMI uiri, ad priſtinum officium redirem alacrior, neq; tamen interim turpiter ceſſaui, docens adminiſtrans, præter cum publica tum priuata negocia, quibus non parum diſtinemur. Quo ergo cultu, qua ueneratione, quóue pignore, etiã illis deploratiſſimis fere temporibus, uobis hanc animi mei obſeruantiã teſtarer, ueſtramq; humanitatẽ officio aliquo demererer, cogitabam. Mox animus erat uos pulchro aliquo & magno, quando uos pulcherrimis maximisq; digniſſimi, munere adornare: nam multa huius ſanctiſſimi Magiſtratus, tam in me quàm

meos miseros orphanos, beneficia agnosco, quibus ut gratiam referre nequeo, ita tamen non committam, ut mihi ingratitudinis dica scribatur. Quòd tametsi mihi cognitum atque perspectum satis sit, plurimos consuevisse suos Mecœnates redonare auro atque argento alios gemmis lapillisq; pretiosis, quæ vulgo præclara habentur. Ego vero (quando hoc recompensationis genus fortuna aliqua ex parte mihi deneganit, Voscq; in id fastigium collocarit ut meis muneribus non opus habeatis) ad animi mei gratitudinem declarandum charactera hæc munera ceu μνημόσυνον transmitto atque dono do. CAETERVM in dubium non revoco, vos plurimum mirari, quidnam mihi in consilio fuerit cur denuo iam TYROCINIVM è sacrosancto penu depromptum ædiderim, cui illud, quod annis superioribus à me est publicatum, vobis mirifice sit probatum. Fateor libere, me proiecisse primo motu ἀχρεῖον in angulum, tanquam rem nude compactam, de æditione ipsius nihil penitus curans, quoniam quid ex mea officina prodire queat aperte cognosco. Multo. n. magis occipitalem eruditorum castigationem timeo, et inuidorũ tela perhorresco, q̃ amicorum applausibus erigar, aut ul-

la commendatione ob sumptos labores exhilarari animum sentiam. Dormitabat igitur iacebatq; in tenebris, quando ut è latebris denuo educerem, & DVLCISSIMAE PATRIAE dedicarem ob prædictas et præclaras uirtutes VIRGILIVS HIARENVS Anconitanus cà sacra Cæsarea Maiestate cum suis tam secretarijs quàm cubicularijs Italis, uersus Italicum cœlum tendens, mecum pernoctans in Molsheim) efflagitauit, uir certe grauis, cuius industriam tota ITALICA natio, omnium iudicio, admiratur. Si enim Theologum cupieris, θεολογώτατον: Si Philosophum, φιλοσοφώτατον: si Legisperitum, νομικώτατον: Si Oratorem, ἀθτιρογλωστότατον: Si Poëtam omni carminum genere προφερέσατον erit. Qui ut non uulgaris, ita longe clarissimus Mecœnas, cui etiam non pudet dare herbam Maxima Rhoma. Regustaui ergo denuo, ac iam secũdo sub incudem reuocaui, quæ succisiuis horis recognoueram (compositioni enim non plus temporis tributum est ac menses 6. nouit Deus) tum ut uobis CLARISSIMIS uiris meam beneuolentiam communicarem, & mihi quoq; esset quo

ingeniolum oblectarer, & illius uires quantumuis modicas & attenuatas, ceu in amœnum quendam hortum concederem: tum ut liuidorum canis latratibus responderem, sed quemadmodum BALAA ille non expauit ad uocem asinæ loquentis, ita & ego quando ad maiores contumelias propter dogmatum certamina iam occallui, minus ad hæc leuia commoueor, cum mihi cum ECCLESIA causa tam sit honesta quàm eis turpis. Vestrum igitur erit, VIRI, hosce ardores perlegere, maxime cum omnia pio animo sint congesta. Nam semper hæc mihi in partem beatitudinis fuit optata sors, nouit Deus cui omnia etiam abstrusissima perspecta sunt, ut omnibus prodesse possem, nocere nemini, nisi forte lacessitus iniuria, nusquam in hoc tractatulo uiri boni honorem minuo, procul esto à me, sed malignos & putres optimo iure noto, qui in suum ipsorum exitium temere captantes capiuntur, et ut alter Perillus, ipsi quem fecere taurum cum magno malo experiuntur. Et ergo, ut uela contraham, accipiat CLARISSIMVS MAGISTRATVS clientuli sui obsequium, & quod obstrusum ferè bibliothecarum angulis latitabat, suo faciat nomine ubique diffusum, de-

cerpuntur

cerpuntur enim interdum à paruis etiam arbu-
ſtis fructus non inutiles, & ab incultis rubetis o-
doratæ roſæ colliguntur.
Sæpe leuis ſegetem producit ariſtula lætam.
E tenui riuo flumina larga ruunt.
Superflua uero luxurianti calamo facile condo-
nabitis VIRI PATRES. *Valete & me in*
ſinu manſuetudinis ſouete. Curſim VORMA-
TIAE, *Anno à Chriſti natali* M. D. LV.
11. Kalend. Aprilis.

Michael Buechingerus Vicarius Cathe-
dralis Eccleſiæ Argentinenſis.

humilis alumnus.

IN HOC OPVSCV lo, ſubſcriptæ materiæ per ordinem pertra-ctantur.

Quare duæ ſpecies diſtinctæ, ſint materia in ſacramento. fol.3
Euchariſtia extra uſum uerum corpus Chriſti continet. fol.4
Figuræ corporis Dominici. 6
Quotidie celebrare uetitum. 8
Corpus Chriſti eſt ſimul in pluribus locis 9
Quare Dominus corpus ſuum diſcipulis dederit. 15
An impij Euchariſtiam habeant. 15
Tria in ſacramento Euchariſtiæ. 15
Quid ſit corpus Domini manducare. 16
In quem uſum in templis ſeruetur Euchariſtia. 16
Euchariſtia quid & unde dicatur 16
Euchariſtiam etiam mali ſumunt. 17
Quare tempore matutino & ieiunis, Euchariſtia exhibeatur. 19

Eucharistia recte canticis circumfertur. 22
Quare calicis potus interdictus. fol.23
Miracula in Eucharistia fiunt. 30
Eucharistia an debeat confici ex pane azymo uel fermentato. 32

Primus gradus.

In Aduentu quare ieiunium sit indictum. fol.34
Cilicium quid. 41
Tria genera ieiunantium. 41
Christus in cruce ieiunauit. 41
Ieiunia Iudæorum. 42
Multa bona proueniunt ex ieiunio. 44
Quadragesimale ieiunium. 45
Ieiunij commendatio. 47
Ieiunio unde nomen inditum sit. 47
Apostoli ieiunarunt. 47
Temperantia quid. 50
Vtilitas ieiunij. 53
Authoritas Patrum de ieiunio. 54.55.56
Lacticiniorum prohibitio. 58
An sabbato sit ieiunandum. 58
Ieiunia quatuor temporum. 58

Quare

Quare dominico die non sit indictum ieiunium. fol. 59
Insultant factiosi ieiunijs. fol. 61
Contra quosdam ieiunantes. 60
Ieiunium uerum quis obseruet. 60
Gentiles ieiunant. 62.63.64.65.66.67
Ieiunium Turcarum. 62
Ieiunium & ieiunare quid. 68
Verum ieiunium quale sit. 69
In decoctores crapulosos. 70
Inuentæ uitiosa pocula. 76
Multis modis pulsat nos gula. 79
Crapulosi sunt loquaces. 81
Gula absumit. 82

Secundus gradus.

Confessio quid. fol. 89
Confessio quadruplex. fol. 92
Confessionis effectus multiplex. 93
Quare confitendum. 93
An soli Deo sit confitendum. 94
Vsus confessionis circa Ecclesiæ primordia. 98
Proprietates confessionis. 101

Confessioni præmitti debet oratio. 102
Confessio utilis. 102
Cur instituta confessio. fol. 103
Authoritas Patrum de confessione. 104. &c.
Quibus hominibus confitendum. 108

Tertius gradus.

Oratio quid. fol. 114
Hymnus.
Canticum.
Qualis oratio esse debeat. fol. 114
Fructus orationis. 115
Stata orandi tempora. 116
Tripliciter laudatur in Ecclesia Deus. 120
Pro inimicis orandum 125
Gentiles in multiloquio triplici de causa orabant. 128
Multitudine uerborum Deus non flectitur. 129
Tribus uicibus orauit Dominus multis de causis. 130
Tria petenda in oratione 130
Quatuor modis excitatur homo ad orandum. 130

Tres

Tres ſpecies orationis. 131
Oratio, impia quando ſit. 132
Oratio ſomnolenta. 133
Verſus Orientem orare debemus fol. 136
Horæ Canonicæ, quando, et quare inſtitutæ. 137
Oratio ſimplex. 138
Oratio uocalis ad quid ualeat. 138
Cur fiant preces in domo domini. 139
Collectæ orationes. 140
Gentiles orant. 140
Deprecatio bonorum omnium caput. 143
Chriſtus quater ploraſſe legitur. 143
Lachrymarum quatuor genera. 144
Lachrymarum proprietas 145
Dominus multis de cauſis inuocandus. 145
Conditio humanæ miſeriæ. 147. &c.

AD Euchariſtiam præparatio in pedum lotione deſignatur 156
Figuræ Exod. 12. Expoſitio. 161
Qui indigne accedant ad ſacrum 168
MISSAE nomen unde 172
Quando inſtituta. 173
A quibus celebretur Miſſa 173
MISSAE actus, & qui modum rei diuinæ ſa

ciendæ auxerint. fol.173
An adoranda sit Eucharistia. 189
Die dominico Missa & concio audienda. 199
Non sacrificandum sine arbitris. 199
Traditiones ueteres immutare periculosum. 200
Eucharistia monstratur. 200
Ceremonijs quid sanctitatis insit, 202
Tres Missæ natiuitatis festo cur. 203
Apostoli celebrarunt Missas. 203
In quot partes diuidatur Missa. 204
Missantium abusus nihil Missæ detrahit. 204
Sacrificium quid 208
Sacramentum Eucharistiæ est sacrificium 207
Agnus cur dicatur Christus. 210
Sacrificium Aaronicum. 211
Figuræ ueri sacrificij. 213
Iuge sacrificium. 215
Authoritas Patrum de sacrificio Missæ. 216
Precatio ad sanctam Eucharistiam. fol.225

Clariſsimi uiri Iohannis Atrociani P. L. præceptoris chariſsimi

PRECATIO.

O Pater ætherea reſides qui celſus in aula,
Imperioq; tenes cuncta creata tuo.
Nos tua progenies multis onerata periclis,
Ad tua fidentes limina confugimus.
Pulſamus, reſera nobis in nomine Chriſti,
Atq; iuua miſeros, fer quoq; promptus opem.
Officium nec te pigeat præſtare paternum,
Omnes ingrati quod ſumus uſque tibi.
Sed potius præſta noſtras ut ſpiritus ille
Erudiat mentes, ſpiritus ille ſacer.
Fac tua ſeruari genitor præcepta, uoluntas
Nec tua lædatur candida ſancta ſimul.
Nullus auariciæ, Veneri uel ſeruiat, ultra
Nec noceat gladio qui uiolentus erat.
Fac ſeruile genus dominos colat arte poſita,
Nec ſimulet faciens ſeruulus officium.
Inſpira dominis rorem pietatis, & ordo
Fac redeat cunctis rebus ubique ſuus.

Inuidiæ crimen, quo nil crudelius extat,
Euelle ex nobis ó pater ingenite.
Nemo colat uentrem rodendum uermibus olim,
Te colat omnis homo, tu Deus omnipotens.
Hæc si tu nobis genitor conceſſeris alme,
Sentiet humanum te genus eſſe patrem.

Ad sanctam Eucharistiam precatio.

SAlue salutaris uictima pro omni humano genere in patibulo crucis oblata. O Beata hostia quæ tartarea claustra dirupisti & cœlestis regni ianuam fidelibus tuis aperuisti. O precij nostri pondus admirabile in statera crucis libratum quo debiti nostri chirographum antiquus exactor deplorat abscissum. O inenarrabilis uictima quæ cautionem maledicti ueteris aboleuit et signaculum nobis æternum impressit. O sacrificium ueræ placationis & laudis quod antiquæ transgressionis inimicitias abstulit, & intra cœlum & terram fœdus æternæ concordiæ reformauit. Tu sacerdos & hostia, tu redemptor & precium, ecce nos tibi prosternimus nouum & inauditum mysterij adorantes triumphum, absolue nos miseros innumeris peccatorum uinculis obligatos, qui te obtulisti Deo patri hostiam in odorem suauitatis factus nobis precium redemptionis, salua nos semper & nunc et in hora mortis, & fac nos participes esse æternæ tuæ beatitudinis. Amen.

MICHAEL BVE-

chingerus humilis alumnus,
debile offert obse-
quium.

ON DEFV-erũt hactenus, qui uerum cor-puset sanguinẽ domini sub spe cie panis et uini consecrati nega runt. Quæ enim maior impietas aut nephanda idolatria esse potest, ut asserunt, quàm panem pro uero Deo coli & adorari? Quemadmo-dum ergo ipsi nihil de sentẽtia sua dubitant, ita ego certus sum con-trariam esse ueriorẽ, pro ipsis pau-culi stant, unà cum scriptura obtor ta & uiolentius interpretata, pro me uerò orbis penè Christianus,

imò ecclesia illa sancta catholica cum scriptura manifesta, & nequaquam coacta, & ergo quod doctrinæ meæ deest, sancte, sic spero, supplebunt literæ, imò gratia Christi. Nam si hunc errorem ob eruditionis etiam defectū non penitus eradicare potero, spero tamē me iunioribus symmistis doctioribus occasionem præstiturum, ut quod mihi non penitus ex sententia cessit, illi maiori absoluant felicitate, accedamus itaque ad rem ipsam.

Caro Christi.

Christus instituit, diuinæ pariter & humanæ literæ iubent, ratio suadet, uerum corpus Domini nostri Iesu Christi cum sanguine suo, (non enim Christus diuisus, confractus nec concisus integer accipitur) delitescere sub specie hostiæ con-

consecratæ, re, nomine, & effectu. De hac re satis affluẽter scribit Ruper. Tuitiẽn. ad Cunonem Epistola, quę Euanus. Ioañ. commẽtarijs prefixa habetur, in hæc uerba, Tribus essentiæ modis corpus & sanguis Christi (in eucharistia est) quarto autem differt, Est, inquam, nomine, re atq; effectu, differt uerò specie. Est, inquam, nomine, quia summus cœlorum pontifex, qui cum sit ipsa ueritas, nomina non uana rebus ponere solet, adeo fortiter nomen hoc impressit, ut non saltem diceret, hoc uocetur corpus meum, hoc uocetur sanguis meus. Sed Hoc est, inquit, corpus meũ, Hic est sanguis meus. Est etiam re, quia nimirum sanctũ sanctorum est, est nihilominus effectu, quia quàm uerè in illa specie, qua pepẽdit in cruce, remissionem peccato-

rum omnibus operatus est, qui illũ expectauerant ab origine mundi cũ fide, siue legalibus sacramentis fidei omnibus à iusto Abel, usq; ad latronem, quem in cruce confitentem suscepit: tam uerè in istis speciebus panis & uini eandem operatur remissionẽ peccatorum omnibus, qui ingressi sunt, uel ingrediuntur ad eandẽ fidem, postq; illa species hinc transiuit, & sese in cœlum recepit. Quarto idem specie differt, quod & color & sapor sanguinis humani, horrorem sumentibus ullũ faciat, sed & ut competenti antidoto nimia parentum nostrorum curetur credulitas, crediderunt enim deceptori diabolo, in eo quod non uidebant scilicet: quod illi ligno consequendæ diuinitatis effectiua uirtus inesset, & comedẽtes mortui sunt, credamus

è con-

ẽcontra fideli ſaluatori Deo, in eo quod nõ uidemus, ſcilicet panẽ & uinũ in ueram corporis & ſanguinis tranſiſſe ſubſtantiam, & comedentes atque bibentes uiuamus in æternum. Hæc ille. Hanc ergo ueram opinionem non hactenus improbauit eccleſia, uerũ potius magno encomio celebrat, hãc examina inſignium martyrũ nobis prodiderunt, hanc ab Apoſtolis inmutilatam & incorruptam delatam eſſe fatemur.

Sub duplici uerò ſpecie ſumitur Chriſtus, quamuis ſub alterutra totus inſit, quo oſtendatur totam humanam naturã aſſumpſiſſe ut totam redimeret, panis enim ad carnem, uinum ad animam, ideoq; duplici ſpecie celebratur, ut animę & carnis ſuſceptio in Chriſto utri-

usq; liberatio in nobis significetur, ualet enim ad tuitionem corporis & animæ quod accepimus. Nam Christi caro pro salute corporis, sanguis uerò pro anima nostra offertur, nec dici sacramenta duo sed unum debent, sub utraq; etenim idem sumitur specie, aqua tamen admiscenda est uino, quoniam ea significat populum qui sanè per Christi passionem redemptus, per uinũ uerò Christi intelligitur sanguis, in quo demum subiecto fundentur accidentia illa, quæ remanent species, sapor & pondus, fatendum quidem in nullo uerum sine subiecto existere: nam ibi nulla nisi dominici corporis substantia atq; sanguis inest, quæ illis minime afficitur accidentibus: ex cuius sacra costa, continuo exiuit sanguis et aqua, ille quidẽ ad nostram redem-

redemptionem, hæc uerò ad peccatorum ablutionem.

Eucharistiam etiam extra usum uerum corpus Christi continere testatur Cyrillus ad Calosyrium Episcopum scribens: Audio quòd dicant mysticam benedictionẽ, si ex ea remanserint in sequentem diem reliquiæ, ad sanctificationem inutilem esse, sed insaniũt hæc dicentes. Non enim aliud fit Christus, neq; sanctum eius corpus immutabitur, sed benedictionis uirtus, et uiuifica gratia perpetua, manet in illo: hactenus ille claruit Anno CCCCXXX. Cyrillus.

Quod autem conspicere nequimus cœlestes epulas, sacrati corporis atq; cruoris, hoc est reipsa Christum, in causa est illa supernatura

lis & diuina operatio dei opt.max.
quæ indagare prohibet dominus,
sunt enim planè mysteria dei, & si-
bi soli conseruata, nam penetrare
altitudinem metaphysicę atq; su-
peressentialis naturæ humani fa-
stus ingenij nequit, quamuis tamẽ
uelatus et absconditus, uerè tamen
Deus, & ut canit ecclesia, quod nõ
capis quod non uides animosa fir-
mat fides, præter rerum ordinem.
Et ergo aĕrem, ut apertius loquar,
uerberant, qui obijciunt & quare
non apparet nobis caro sed panis?
Quod tribus de causis factum pu-
to. Primo ut fides scilicet habeat
meritum, quæ est de his quę non
uidentur. Secundo ut non abhor-
reamus ab esu eius, nam si caro ap
pareret, insuauiter affecti reddere-
mur erga communionem. Tertio
ne ab incredulis religioni insulta-
retur,

retur (ut expressius alibi diximus) si cruor occisi hominis biberetur.

Oportet igitur nos quum audiuerimus, Nisi ederitis carnem filij, non habebitis uitam, in sumptionibus diuinorum mysteriorum indubitatam retinere fidem, & non querere quo pacto: nam animalis homo, hoc est, qui sequitur cogitationes humanas & irrationales, nō est capax eorū quæ sunt super naturam, & spiritualiū, atq; ita & spiritualem esum carnis dominicę nō intelligit, cuius qui non sunt participes, non erunt participes æternæ uitę, eò quòd non susceperunt Iesum, qui est uita ęterna: non enim nudi hominis caro est, quæ manducatur, sed Dei, & quæ deificare ualet, utpote contemperata deitati, talis cibus non ad paruum tempus

durat, neq; corrumpitur ſicut corruptibilis cibus, ſed æternæ uitæ ſubſidium eſt. Similiter & potus ſanguinis domini uerè eſt potus, quia non ad tempus ſufficit ſiti, ſed ſemper abſq; ſiti conſeruat, nec indigere permittit bibentem, ſicut ad Samaritanam dicebat, Qui bibit ex aqua quam ego dabo, nō ſitiet, quiſquis ergo gratiam ſancti ſpiritus per ſumptionem diuinorū myſteriorum ſuſcipit, neq; famem ſpiritualē neq; ſitim patitur, qualem increduli.

Qua autem ratione ſint ducti omnium ętatum ſancti patres immota caute firmiores, Ioannes ſcribit vi. cap. Amen amē dico uobis, inquit dominus, niſi ederitis carnem filij hominis, & biberitis eius ſanguinem, non habebitis uitam

in

in uobis, qui edit meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet & ego in illo, sicut misit me uiuens pater, ego uiuo propter patrem, ita & qui ederit me, uiuet ipse quoq; propter me. Et subiungit, Hic est autem Panis qui de cœlo descendit, non umbratice, typice, enigmatice. Sicut manducauerũt patres uestri mana & mortui sunt, ideò nõ fuit manna uerè cibus cœlestis, sed tantum figura eius, quia uitam spiritualem non dabat, sed eam dari in sacramento prefigurabat. Exod. 16. Manna.

Quicquid ergo Iudæi in typo, nos in ueritate agimus, est nanq; uetus testamentum umbra ac ueluti euangelicę philosophię progymnasma. Sic figurabat põtifex ille Leuiticus, Christum, nubes, spi

ritum

ritum ſanctum: Mare, baptiſmũ: Aqua de petra uirtute diuina educta, ſanguinem domini: ſic figuræ atq; ſigna fuere, ſacrificium Melchiſedech ſacerdotis: Maña in deſerto: Agnus paſchalis: Hoſtia ſanctorum oblata pro peccato: hoſtia pacificorum oblata domino: ſubcinericius panis Eliæ in itinere: panes propoſitionis in templo. Quicquid in his ſignificatum in glorificati corporis ſacramento impletum eſt.

Figuræ corporis dominici.

Qui igitur manducat hunc panem, id eſt, qui uerè edit meam carnem, & bibit meum ſanguinem, uiuet in ęternũ: & ipſe manet in me, & ego in eo, hoc eſt, unitur mihi tanquam principio uiuificatiuo, quod dat uitã, & per conſequens habet maximè ſpiritualem. Contem-

temperatio fit noua & ſuper ratio-
nem, ſic enim Deus eſt in nobis, &
nos in Deo. Non quidem Deum
nudũ manducamus, tangi em̃ ne-
quit, quia incorporeus eſt, & neq;
ab oculis neq; manibus apprehen-
di poteſt, ſed quia Deus uniuit ſibi
carnem ſecundũ ineffabilem com-
temperationem uiuifica eſt caro, et
ſicut in perſona Chriſti humanitas
uiſa eſt, & latuit diuinitas: ita ſacra
mẽto uiſibili ineffabiliter ſe infun-
dit eſſentia, ut ſit religioni circa ſa-
cramẽta deuotio, is ergo genuinus
dominicæ cœnæ eſt intellectus, &
à naſcentis eccleſię primordijs re-
ceptus, approbante diuo Hierony
mo in Epiſtola ad Euagrium, teſta
tur etiam Cyprianus Martyr li. 2.
Epiſto. 3. Et Auguſt. lib. 2. de do-
ctrina Chriſtiana.

Mandu-

Manducauerant itaq; & biberant de eodem pane ſecundum formam uiſibilem (dicente domino,
Matth. 15. Omne quod in os intrat in uẽtrem cadit, & in ſeceſſum emittitur, quod dictum eſt non de ſpirituali cibo, uerũ de carnali) ſed ante uerba illa cibus iſte cõmunis tantum nutriendo corpori cõmodus erat, & uitæ corporalis ſubſidium miniſtrabat, reficiens animum, non efflues in ſeceſſum, cõeditur enim, inquam, non conſumitur, ſed ſtomacho non digeritur: edimus autem corpus Chriſti, ut uitæ ęternæ poſſimus eſſe participes, inquit Ambroſ. in Lucę cap. xxij.

1. Cor. 11. Ex quo autem dictum eſt à domino, Hoc facite in meam commorationem, hunc declarans textum Arnobius, uixit Anno CCC.

in

in Psal. Cx. sic scribit: Memoriam fecit dominus mirabiliū suorum, dicens: Hoc quotiescunq; feceritis, in mei memoriā facietis. Quando hoc dixit misericors & miserator dominus? Tunc sine dubio quando dedit escam corporis sui timentibus se, hactenus ille. Quid quæso præcipit Christus ut faciamus? hoc quod ipse iam fecit, q. d. Hęc est caro mea, et hic est sanguis meus, quotiescunq; his uerbis, & hac fide actum est panis iste substantialis, et calix benedictione solenni sacratus, ad totius hominis uitā salutemq; proficit, simul medicamentum & holocaustum ad sanandas infirmitates, & purgandas iniquitates existens. Manifesta est ergo spiritualis et corporalis tibi distantia, aliud quod prius est appositum & consumptum, aliud

quod à magistro datum & distri-
butum est, transubstantiatur enim
panis & uinum in id quod super
cœlos est.

At demum eiusmodi ambrosia
apostolus admonet, ut quisq; post-
quam se rectè probarit, inueneritq;
purum ac sanctum, feliciter uesca-
tur, proinde qui compellūt mystas
quotidie id facere, hinc intelligere
possunt, se contra Apostoli consi-
lium, seruitutem illis imponere, sa-
nè haud scio, quì fieri possit, ut sa-
cerdos homo, non Deus, & ut pro-
pheta canit, mendax, queat omni-
bus horis purus esse, quemadmo-
dum esse debet qui sacrum pertra-
ctat. Cæterū faciunt quotidie per-
multi piè, purè, sanctè, at nō nemo
non item, qui fortasse malum ma-
lo addit seu cumulat, ut sanctior ha-
beatur,

Quotidie celebrare uetitum.

beatur, ut apud omnes in cœlum feratur rumore uulgi.

Nec illud cornutũ argumentũ progreditur, quod haud secus ad rẽ facit, ac cythara ad luctũ. Ergo tres articuli fidei, Ascendit in cœlum, sedet ad dexteram patris, inde uenturus est iudicare uiuos et mortuos, & sæculum per ignem, falsificantur, nam quandoquidem est sursum in cœlo, quomodo erit in altari? unicum enim corpus non potest simul & semel existere in eodem loco: si enim idem esset in diuersis locis, sequeretur quòd simul posset uiuere & mori, in uno loco occidi, in altero non, in uno loco moueri, in altero quiescere. Præterea eadem res simul moueri posset sursum & deorsum. Imò sequeretur quòd priuatiuè oppositа simul Obiectio.

possent de eodem uerificari, et duo contraria in eodē loco scilicet subiecto consisterent, quod est impossibile.

Responsio. Ad huiusmodi adducta dudū, inter cæteros uiros prudentes respondit Eckius felicis memoriæ, uir, Ita uiuam, inæstimabilis doctrinę, nec non multarum lectionum, censor grauissimus, asserens ueritatem non pugnare cum articulis fidei, nam quoniam apud Deum non est impossibile omne uerbum dicente Paulo Hebr. 6. Facile unū corpus esse in pluribus locis facere potest: cōstat enim naturam posse unam essentiā animæ in pluribus membris facere in manibus, pedibus. Hactenus ille.

Quapropter uirtute diuina idē repletiuum corpus, summum ens Chri-

Christus uidelicet, qui in nobis uiuit, spirat, loquitur, potest esse simul & semel sursum & deorsum, quia Dominus est, & id probatur compertumq; habemus per multas experiẽtias miraculosas, quòd nimirum ipsam concernit ueritatem, nempe ut credamus, Deum esse hic, nunc illuc, modo in cœlis situaliter, modo in terris uel in sacramento definitiuè. Et ut patet ex Euangelio, Vobiscum ero ad sæculi consummationem, nimirũ sub sacramento eucharistiæ. Atque hinc est quòd Deus omnipotens actus purus & forma perfectissima atq; inæstimabilis, ens primum atque summum, imò totius essentiæ plenitudo, non per se tantum felicissimè subsistẽs, sed omnium insuper rerum essentias in suo esse plenissimo, benignissimè continens atque

Iouis omnia plena.

Matth. 28.

concludens, cum in omnibus exi-
stat, cõtinet omnia omnibus inexi-
stens, ut uerum sit & indubitatum
quod per prophetam dicitur Hie-
remiæ 23. Cœlum & terram ego im
pleo, dicit Dominus omnipotens.
Et alibi Christus Matt. 22. Vbi fue
rint duo congregati in nomine
meo, & ego ero tertius. Quibus
omnibus succurrit illud hymnidi-
ci Psa. 138. Quò ibo à spiritu tuo, &
quò à facie tua fugiam. Si ascende
ro in cœlum tu illic es, si descende-
ro in infernum ades. Si sumpsero
pennas meas diluculo, & habitaue
ro in extremis maris. Ex quibus e-
mergit Deum esse incommensura
bilem, ergo & in sacramento Eu-
charistiæ ubiq; adorari & coli po-
test cibus iste, quẽ misericors & mi
serator dñs dedit timẽtib9 se, psa. c.
Idcirco is replet absq; termino, &
proprio

proprio et alieno, cuius uirtus non poteſt uſquam aliquādo finem capere, cuius tota uirtus ſimiliter toti prę-ſto eſt loco et ſingulis partibus, et omnia replet intimè atq; penituſ-ſimè.

Fatemur ergo Dominū Deum Aeſculapium uerum animarū, in cœlo ſedētem ad dexteram patris, in forma uiſibili & quantitatiua, qui tamē ſub ſpecie panis latet inuiſibilis ſacramentaliter. De quo diuus Ambroſius inquit: Nam & unus & idem, & tūc & nunc, & hic & alibi ſacrificatur ab omnibus, totus in cœlo, & totus in altari, ſimul & ſedet ad dexteram patris, & manet ſub ſpecie ſacramenti. Miraris quòd uerbum Dei iuxta ſacramentiuirtutem, totū ſimul in diuerſis locis exiſtit, & non miraris quòd Ambroſius.

uerbum hominis iuxtà uocis natu
ram totum est simul in auribus di=
uersorum, quid queris naturam in
Christi corpore, cum præter natu=
Esaiæ 7. ram sit ipse natus de uirgine? Sic
Esaiæ 11. igitur Christus in diuersis locis est,
Ezech. 44. sicut in diuersis partibus totus. Ha
ctenus ille, &c.

Et profecto non sunt hæc pro=
corũ captionibus dissimilia? qui,
quum simplices puellas decipere
moliuntur, non confestim, primo
ictu quid in mente gerãt aperiunt,
sed primò blande eas compellunt,
postmodum donis inescantur, ocu
lorũ lasciuia captiuantur, tandem
contrectare etiam audent, ac fami=
liarius cum eis cõuersari incipiũt,
deinde promissis sollicitant, oscula
rapiũt, sicq; paulatim proficiendo
ad concupita tandem & turpia sua
perue=

perueniunt desideria. Cæterũ prudentioribus haud facilè illa imponuntur, uersutias enim et artes callidæ norũt, ac ideò confestim amatores tales cum probris & conuitijs etiam repellunt. Sed quorsum feror? Hæc ideò non minus ueridica quàm sonora uoce eructando profero, ne sibijbsis multi aduersarij persuadeant, multos uiros cordatos, puellis etiam teneris esse imprudentiores.

Lucas Anthiochenus genere medicus arte suis libris medicinalibus nõ tantum corpora, uerum etiam animas curans, scribit Christum suis dixisse, Panis quem ego dabo caro mea & corpus meũ est. Non dicit phantasticè, panis carnẽ significat, sed expressis uerbis, Caro mea est, quę omnia indicant ne- Lucæ 22.

ceſſitatem edendi Chriſtum corporaliter. Hęc igitur quoties agimus non dentes ad mordendum acuimus, ſed fide ſyncera, panem ſanctum & diuinũ cibum frangimus & partimur, dum quod diuinum & humanum eſt, diſtinguimus & ſeparamus, itemq; ſimul ſeparata iungentes unum Deum & hominem fatemur.

Quod ergo uerũ corpus Chriſti ſit ueraciter in hoc ſacramento, conuenit perfectioni nouæ legis, ſacrificia enim ueteris legis illud uerum ſacrificium paſſionis Chriſti continebant ſolum in figura ſecundum illud Pauli Hebr. 10. Vmbram habens lex futurorum bonorum non ipſam imaginem rerum, et ideo neceſſe erat maiorem efficaciam habere ſacrificium nouæ legis

gis à Christo institutum, ut scilicet contineret ipsum passum non solũ in significatione uel figura, sed etiam in rei ueritate, approbante Dionis. 4. cap. cœlistis hierarchiæ. Est, inquit, perfectissimũ omnium sacramentorum in quibus uirtus Christi participatur.

Et ergo erubescãt qui huic Domini uerbo cõtra omnem sensum tam praua dementatione addunt tot excogitatas, et planè ineptas interpretationes, nouit Deus quàm inuitus hæc depromã, cupiunt doceri quidam ridiculi ubi ceremoniarum ille immodicus apparatus, ubi adoratio (adoramus autem nõ panem, uinum, uel signum, sed Christum uerum Deum & hominẽ) ubi indicetur pura simplexq; relligio, et commendetur cum pie-

tate charitas: quod cum faciunt parum mihi instituti sui memores esse uidentur. Nam cum ostendere conantur uerum Christi corpus & sanguinem eius sub panis & uini specie, nequaquam latere, principali intermisso negocio ad apparatum diuertunt.

Ad quid lõgis λόγοις opus est: quum manifestum sit Christum ipsum dudũ illa inculcasse: testante Marco, qui innumerabilibus miraculis choruscauit: Quum benedixisset, inquit, hoc est gratias egisset, fregit panem, id quod & nos facimus, preces adiungendo. Hoc est corpus meum, hoc inquã, quod sumitis: nõ enim tantum figura & exemplar quoddam est corporis dominici panis, sed in illũ conuertitur corpus Christi: dicit enim Dominus

Marc. 14.

minus quem ego dabo, caro mea est. Et non dixit, Figura est carnis meæ, sed animæ nostræ cibus.

Præterea quid respondeant de illa ueritate corporis Iuuenci uersus, qui etiam Gregorio fuit antiquior aut saltem æqualis, Cõstantini enim floruit temporibus, referente Hieronymo, is sic canit.

Diuisumq; dehinc tradit sanctumq; precatus. Iuuencus.

Discipulos docuit proprium se tradere corpus.

Hinc calicem sumit Dominus, uinoq; repletum.

Sanctificat, gratis uerbis, potũq; ministrat.

Edocuitq; suum se diuisisse cruorem.

Atq; ait, Hic sanguis populi de-

licta remittet.

Hunc potate meum, iam ueris credite dictis.

Post hęc non unquam uitis gustabo liquorem,

Donec regna patris melioris munere uitæ.

In noua me rursus cõcedant surgere uina.

Nunquid in his carminibus uerã Christi carnem uult cõtineri? Hæc eò spectant, ut non putemus signum esse sacram sinaxim, sed ut dum uolumus Christum recipere, sicut reipsa nobis datur, sursum corda erigamus, aliâs enim periret uis et efficacia sacramẽti, si tantum inanis species panis illic apparet, et non substantia.

Quare autem post pascha typicum

cũ dederit Dominus corpus ſuum diſcipulis manducandum, quadruplex ſolet aſſignari ratio: per hoc enim oſtendit legalia eſſe finita, ſicut tenebrę luce apparente retroceduũt. Altera eſt, ut mentibus diſcipulorũ imprimeretur firmius dominici corporis et ſanguinis ſacramẽtum. Tertia ratio eſt, ut umbræ ueritas reſponderet. Vltima eſt, ad innuendum cibum iſtum non eſſe cibum corporis, ſed mentis, animæ ſcilicet.

An uerò impij euchariſtiam habeant planè manifeſtat diuus Auguſtinus de ciui. Dei, lib. 21. cap. 25. his uerbis, dicẽs: Vnus panis, unũ corpus multi ſumus, qui ergo eſt in eius corporis unitate, id eſt, in Chriſtianorũ compage membrorum, cuius corporis ſacramentũ fi- Auguſtinus

deles communicantes de altari sumere consueuerũt, ipse uerò dicendus est manducare corpus Christi, & bibere sanguinem Christi. Ac per hoc hæretici, & scismatici, ab huius unitate corporis separati, possunt idem percipere sacramentum, sed non sibi utile. Hæc Augustinus.

Sunt autem tria in sacramento eucharistiæ, species panis, corpus Christi uerum, corpus Christi mystícum. Primũ est signum tantum, secundum signum & res, tertium res tantum. Primum sumitur tantum sacramentaliter. Secundum sacramẽtaliter & spiritualiter. Tertium tantũ spiritualiter. Primum & secundum omnes sumere possunt, sed dispari exitu, alij in odorẽ uitæ in uitam, alij in odorem mortis in

tis in mortem. Tertium non sumit nisi bonus. Nam corpus Christi mysticum manducare nihil aliud est quàm fide, spe & charitate unitati ecclesiasticæ incorporari, &c.

Continenter autem asseruatur eucharistia in templis, ad ęgrotantium commoditatem, ut ne sine eo uiatico hinc abeant, ut est de consecra. disti. prima.

Est præterea hoc sacramentum omnium dignissimũ, potissimum, nobilissimum, sanctissimum, excellentissimum atq; perfectissimum, cum enim cætera sacramenta uersentur circa corpus Christi mysticum, hoc in mente uersatur circa corpus Christi uerum. Et cum alia sacramenta sint tantum signa gratiæ, hoc uerè in se continet Christũ

qui fons & autor omnis gratię dicente Ioanne 1. cap. Grata & ueritas per Iesum Christum facta est. Hanc sanctissimam eucharistiam Dionisius Eliopolitanus lib. 3. de angelica hierarchia, finē omnium spiritualium perfectionum uocat, preciosissimus equidem ecclesiæ thesaurus, illam ineffabiliter ditās atq; nobilitans.

Est aūt eucharistia sacramētum pietatis, signū unitatis, uinculum charitatis, quæ uniuersa membra christi corporis unit capiti & sibi ipsis, hinc Paul. 1. Cor. 10. Et panis, inquit, quem frangimus, nōne participatio Christi corporis est?

Et dicitur hoc uenerabile sacramentum Eucharistia bona grata seu gratitudo. In hoc enim sacramento

mento non modo uirtutis et gratiæ augmentum est, sed ille totus sumitur qui est fons & origo totius gratiæ, quare quicunq; religiose gusta uerit, corruptionem non uidebit.

Iste etiam cibus mysticus quem Græci dixere synaxin, id est, communionem (quid proinde melius quàm dignè communicare de tanto sacramento?) non ad similitudinem cuiuslibet cibi communis uertitur in substantiam corporis nostri, sed nos magis incorporat Christo, nimirum ut simus unum cum illo substãtialiter, sicut et ille unum est cum patre substantialiter. Et sicut pater fons uitæ uitam communicat Christo, ita et nobis uita communicatur à Christo per huius cibi esum. Cibus, inquam, iste hominem æternitate uitæ cibat, uerè ci- σύναξις

bus uerus & ſincerus per ſpeciem et ſacramentum, nos tactu ſanctificat, fide illuminat, ueritate Chriſto conformat, & ſicut panis ſecundarius quem quotidie edimus, ſuſtentatio eſt corporis: ita panis iſte ſuperſubſtantialis uita eſt animæ & ſanitas mētis: & ſic ex alio aliud poſſumus colligere, ex uiſibili mūdi fabrica Dei ſempiternam uirtutem ac diuinitatem, hoc eſt, ex uiſibilibus inuiſibilia, temporarijs æterna, ex his quæ ſenſibus percipiuntur, ea quæ non niſi intellectu comprehenduntur.

Euchariſtiam præterea malos ſumere apertū eſt, teſtatur Auguſtinus tracta. 26. in euang. Ioannis, his uerbis: Nos hodie accepimus uiſibilem cibum. Sed aliud eſt ſacramentum, aliud eſt uirtus ſacramenti:

menti: quam multi de altari accipiunt & moriũtur: unde dicit Apostolus. 1. Cor. 11. Iudicium sibi manducat & bibit. Non enim bucella dominica uenenum fuit Iudę, & tamẽ accepit: & cum accepit, in eum inimicus intrauit, nõ quia malum accepit, sed quia bonum malè malus accepit. Videte ergo fratres, panem cœlestẽ spiritualiter manducate, innocẽtiam ad altare portate. Hæc Augustinus. Iudas ergo non ad bonum, sed ad perniciem suam accepit, cui Christus nõ ad malum dedit, quia nõ est author malorum Dominus sed ultor, dedit autẽ bucellam intinctam Iudæ præ cæteris, unde in ecclesia eucharistia nõ datur intincta. Constitutum uerò, nihilominus, et pro hęresi extirpãda, quæ dogmatizauit Christum sub neutra specie totum existere,

sed sub utraq; simul existere totū. Nec debet intelligi, quòd sub buccella panis intincta Christus eucharistiā dederit traditori, sed per buccellam intinctam atque porrectam ut Inno. Pp. uult, suum denique traditorem expressit. Hæc pars ergo. Multum igitur refert scire, non quid accipiamus, sed quis accipiat, nec quale sit quod datur, sed qualis sit ipse cui datur, nam et bona obsunt, & mala prosunt, inquit Augustinus.

Sed quid diuus Hieron. uir iustus, et thamim, multus uehemēsq; quietis amator, euangelicę ueritatis assertor maximus, senserit de sacra eucharistia audiamus. Hic sic loquitur, Hanc ultimā memoriam nobis reliquit, Quemadmodum, si quis peregrè proficiscens, aliquod

pignus

pignus ei quem diligit relinquat, ut quotienscunq; uiderit, possit eius beneficia & amicitias commemorari, quem si ille perfectè dilexerit, sine ingenti desiderio uel fletu uidere non potest. Ideoq; saluator hoc tradidit sacramentum, ut semper commemoremur, quia pro nobis mortuus est. Hoc igitur cũ accipimus ab administratoribus legitimè ordinatis cõmemoremur, quia corpus & sanguis Christi est ut nõ simus ingrati tãtis beneficijs. Hæc Hieronymus.

Et sicut in Izaack deficiebat uisus, quia caligauerant eius lumina & uidere nõ poterat, decipiebatur gustus, quia credebat se manducare uenationem Esau. Decipiebatur olfactus, quia sentiẽs uestimentorum fragrantiam quæ erant E- Gene. 27.

saut, existimabat esse Iacob. Decipiebatur tactus, quia tangens manū & collum pellibus coopertum, existimabat esse Esau. Solus autē auditus non fallebatur, unde dicebat, Vox quidem uox Iacob est. Ita in isto sacramento fallitur omnis humanus sensus præter solum auditum. Visus fallitur, quia uidetur panis & non est, odoratur odor panis & non est, tangitur pondus panis & non est panis. Sed solus auditus uerus est, qui audit, Hoc est corpus meum.

Mos itidem apud nostros à principio fuit, ut manè & ieiuni panem istum supersubstātialem ederent, licet seruator uesperi consecrauerit, ac discipulis iam cœnatis dederit, quòd Christus manè passus, manè resurrexerit, autores Cyprianus & Ter-

& Tertullianus lib. ad uxorem se-
cundo: nam inde, teste diuo Hiero
nymo aduersus Iouinianum, om-
nium nostræ religionis myſterio-
rum initium manauit.

Constat miseros gentiles colu-
isse numina sua sub arboris, trunci
aut etiam lapidis specie: credebant
enim aliquid diuini sub illis latere.
Infideles uerò cur non credunt uer
bis Christi? aut cur impossible cen
sent sub panis specie, uerũ corpus
Christi latere, illudq; tropis adulte
rinis expellere nituntur? Sed de
his pro suo quisq; arbitratu statuat
iuxta placitum, ego profectò si an-
gelus magni consilij qui Christus
est dixisset, suum corpus sub lapi-
dis specie contineri, illi crederem,
nec dubitarẽ possibile id esset nec
ne, potiusq; uerbis eius animũ ad-
uerterem, quàm naturæ ordinem

considerarem. Hinc legimus per diuinam uirtutem sępius immutatam esse naturã, unde D. Ambrosius, Fortè dices, inquit, aliud uideo, quomodo tu mihi asseris, ꝙ corpus Christi accipiam: et hoc nõ bis supereſt ut probemus, quantis igitur utimur exemplis, ut probemus hoc non esse quod natura formauit, sed quod benedictio consecrauit, maioremq; esse uim benedictionis quàm naturæ, quia benedictione etiam ipsa natura mutatur. Vnde uirgã tenebat Moyses, proiecit eam, & uisa est serpens, rursus apprehendit caudam serpentis, & in uirgæ naturã reuertitur. Vides ergo prophetica gratia bis mutatã esse naturam & serpentis & uirgę. Currebant Aegypti flumina puro meatu aquarũ, subitò de fontium uenis sanguis cœpit scaturire, nec erat

Benedicti one natura mutatur.

erat potus in fluuijs, rursus ad prophetæ preces cruor cessauit aquarum, natura remeauit: circumclusus undiq; erat populus Israëliticus, hinc Aegyptijs uallatus, inde mari clausus, uirgam leuauit Moyses, separauit se aqua, & in murorum speciem se congelauit, atq; inter undas uia pedestris apparuit. Iordanus cõuersus retrorsum contra naturã, in sui fontis reuertitur exordium. Sitiebat populus potu maximo, tetigit Moyses petram & aqua de petra fluxit. Marath fluuius amarissimus erat ut sitiens populus bibere nõ posset, misit Moyses lignum in aquam, & amaritudinem suam aquarum natura deposuit. Sub Heliseo propheta uni ex filijs prophetarũ excussum est ferrũ de securi, & statim immersum, rogauit Heliseum qui amiserat fer-

rum, misit Heliseus lignum in aquam, & ferrum natauit, utiq; & hoc præter naturã factum cognouimus: grauior est enim ferri species quàm aquarũ liquor. Aduertimus ergo maiorem esse gratiam quàm naturam. Quôd si tantum potuit humana benedictio, ut naturam conuerteret, quid dicemus de ipsa consecratione diuina, ubi ipsa uerba Domini saluatoris operantur? Nam sacramentum istud quod accipitis, Christi sermone cõficitur subscribentibus omnibus pijs patribus. Panis igitur iste, testãte Cypriano in serm. de cœna Domini, quem Dominus discipulis porrexit nõ effigie, sed natura mutatus, omnipotentia uerbi, factus est caro. Et alibi alius scilicet Ambrosius lib. 4. de sacra. cap. 4. Quo modo potest qui panis est corpus esse

esse Christi? Consecratione. Consecratio igitur quibus uerbis est, & cuius sermonibus? Domini Iesu. Nam reliqua omnia, quæ dicũtur, laus Deo defertur. Oratione petitur pro populo, pro regibus, pro cęteris, ubi uenitur ut conficiatur uenerabile sacramentũ, iam non suis sermonibus sacerdos, sed utitur sermonib9 Christi. Ergo sermo Christi conficit hoc sacramentũ. Quis sermo Christi? Nempe is, quo facta sunt omnia. De eadem materia simili modo Rupertus Tuitien. in cap. Matth. 26. Nunquid quia potuit Deus facere, ut patefacto crucifixi Iesu Christi latere (quod fuit percuti petram) flueret aqua cum sanguine, & implerẽtur scripturæ, et intelligibiles fierent, sufficerẽtq; mentibus nostris ad bibendum, in modum torrentiũ inundantium,

nunquid (inquam) quia potuit illud facere, poterit etiam panẽ confectum manibus hominum, conuertere in corpus, et uinum de palmitibus istis, in sanguinem suum?

At obijciũt permulti et quare Eucharistia cũ maximo apparatu ornamẽtorũ et canticorũ circũfertur? Bella & astuta nimirũ obiectio Iudę traditoris, ad quid perditio hęc? potuisset hoc unguentum trecẽtis denarijs uęnundari, & dari pauperibus. Certè Christi glorię inuidẽs, non pauperes sed quœstũ suũ curauit. Et cur Dauid ipse, propheta sanctus, idẽq; à Deo uates illustratus, arcam ipsam, cui apposita erat urna affabre auro undequaq; (ut Apostolus testatur) redimita, quæ mãnna continebat, omnibus commendauit honorandũ: coram qua (cum

Hebr. 9. Exod. 26.

(cum iam circũferretur omni pompa) ipse præcedens saltauit, citharaq; cum omni iubilo concinuit, interim quoq; cantãtibus musicis, in iubilo, & in sonitu buccinæ et tubis & cymbalis, & nablis & citharis concrepantibus.

Quare calicis potus interdictus.

Cæterum calicis potum ecclesiam interdixisse plebi non absq; rationalibus causis factitatum esse constat: ratum enim et firmum habetur, atq; nullatenus ambigitur, Christum in ultima cœna Apostolis suis omnibus sub utraq; specie tradidisse sanctissimi eucharistiæ sacramẽti communionẽ, idipsum enim tres sancti Euangelistæ liquidò testificantur. Et beatus Paulus in prima ad Corinthios Epistola conformiter ad ipsos, eandem ueritatem aperta narratione consoli-

Matth. 26. Marc. 14. Luc. 22.

dat. Ex eo tamen non sumitur efficax argumentum, quod laicis nũc tradi possit impunè cõmunio seu synaxis sub utraq; specie. Nam in cœna illa nouissima, Apostoli à Christo facti sunt sacerdotes, & potestatem ab eo acceperunt imò & mandatũ, consecrãdi hoc dignissimum altaris mysterium, panem scilicet sanctum, & calicem benedictionis. Quòd autem sacerdotibus ea in re indultum est, non ęquè laicis est concessum, qui non consecrandi aut alijs communicãdi, sed solum recipiendi illius sacramenti facultatem habent.

Obiectio. At crepantibus buccis multi clamant. In primitiua ecclesia cõmunicabant sub utraq; specie, probatur per Cyprianũ tracta. de lapsis, ubi diaconus, Sacramentum calicis

cis puellæ infudit, eadem uult Ambrosius libro secundo Officiorum capi. 28. Agnosco, inquit, infusum uitro sanguinẽ Christi, non solum irrutilasse uerumetiam diuinę operationis impressisse uirtutem, redemptionis munere. Fatemur usitatũ fuisse primitus, at postmodũ à prudentissima dispẽsatrice Ecclesia mutatum, præter cæteras enim causas, & aliæ nonnullæ solent assignari, quibus ecclesiæ protomistæ seu primores spiritu sancto directore permoti, sanxerũt sub unica specie tradendam esse laicis, sanctosanctæ eucharistię communionem, scilicet naturalis aliquorum fidelium conditio qua uini potum abhorrent, neque eum stomachus ipsorum ferre potest. Periculum itidem conseruandi uinum consecratum ad multos dies, quoniam

Responsio.

I.

II.

facilè in acedinẽ uertĩ posset. Peri-
III. culũ quoq; delationis illius uini cõ
secrati pro cõmunione infirmorũ,
ad loca distantiora, ne fortè inopi-
natum deferentis illud lapsum ef-
fundatur, quod enim liquidum fa
cile effunditur in terram, pensata
enim multitudine populi, ubi sunt
senes, iuuenes, debiles, si non debi-
tam cautionem adhiberent, fieret
iniuria sacramẽto per effusionem
IIII. liquidi. Quarta ratio est, ut imple-
retur figura ueteris legis, quæ licet
populo ministrari de sacrificio iu-
beret, libamina tamen solis sacer-
V. dotibus reseruat. Deniq; pericu-
lum inducendi ob communionem
sub gemina specie, laicos simplices
& ignaros, in eam opinionem erro
neã, quod sub specie panis in san-
cto altaris sacramento, tantummo
do contineatur uerum Christi cor
pus

pus sine sanguine, & sub specie uini, solūmodo sanguis Christi præcioſus consistat sine corpore, cum firmiter credendū sit ab omnibus & confitendum ore et corde, quòd maneat ibidem Christus totus sub utraq; specie.

Petrus de Aliaco in hunc modum scribit. Iuxta doctrinam Apostoli, Licitū est cōmunicare quoscunq; sub utraq; specie sacramenti, non est tamen ad hoc obligatio.

Nicolaus etiam Cusanus in epistolis ad Bohemos fortiter pugnat calicem non esse de necessitate salutis, quo ad non consecrantes.

Thomas Aquinas fatetur de utraq;, sed ait: Et quid crescente multitudine populi Christiani?

Communicãt igitur ſacerdotes ſub utraq; ſpecie, quoniam ſacrificant, & Chriſti mortem ſacrificio ſuo repreſentant, ſanguinem uidelicet à corpore ſeparatum. Cæteris uerò non ſacrificãtibus, ſatis fuerit ſpeciẽ panis accipere, in quo totus (ut dixi) Chriſtus, hoc eſt caro, ſanguis, & anima cũ deitate ſumitur.

Sacerdotes ſub utraq; ſpecie communicãtes Chriſti mortem repræſentãt.

At rurſus obiectant, tamen Baſilienſe concilium Boëmis (ut ex annalibus, & literis eiuſdem concilij uidentur aſſerere) illud decretum relaxat. Ego certè quos annales, aut quas literas producturi ſint neſcio. Vnum tamen compertum habeo, quòd in actis ipſius concilij Chriſtianis omnibus dicta conſuetudo, pro lege ſeruari præcipitur. Sic enim habentur huius concilij Oecumenici uerba ſeſſione tertia

quæ

quælibet hoc loco in medium ad-
ferre. Sacrosancta generalis Syno
dus Basilienſis in ſpiritu ſancto le-
gitimè congregata uniuerſalē Ec-
deſiam repræſentans, Ad perpe-
tuam rei memoriam, ut lucidius ui
deatur pro declaratione catholicæ
ueritatis quid circa perceptionem
ſacræ euchariſtiæ tenendum ſit &
agendum pro utilitate & ſalute po
puli Chriſtiani, poſt diligentē per-
ſcrutationem diuinarum ſcriptura
rum ſacrorumq; canonum & do-
ctrinarum à ſanctis patribus & do
ctoribus traditarum in hac ſancta
Synodo longis temporibus habi-
tam, conſideratisq; omnibus quæ
pro declaratione huius rei conſide
randa fuerunt, decernit & declarat
eadem ſancta Synodus, quod fide
les laici ſiue clerici communicātes
& non conficientes non aſtringun

tur ex pręcepto domini ad ſuſcipi-
endum ſub utraq; ſpecie panis ſci-
licet & uini ſacrum euchariſtiæ ſa-
cramentum. Sed eccleſia quæ regi
tur ſpiritu ueritatis ſecum manen-
te in æternum, & cum qua Chri-
ſtus manet uſq; ad conſummatio-
nem ſæculi, ſicut ait diuina ſcriptu
ra, ordinare habet quomodo ipſis
non conficiẽtibus miniſtretur pro
reuerentia ipſius ſacramenti & ſa-
lute fidelium uiderit expedire, ſiue
autem ſub una ſpecie ſiue ſub du-
plici quis communicet ſecundum
ordinationem ſeu obſeruationem
eccleſiæ proficit dignè communi-
cantibus ad ſalutem. Nec nullate-
nus ambigendum eſt, quòd non
ſub ſpecie panis caro tantum, nec
ſub ſpecie uini ſanguis tantum, ſed
ſub qualibet ſpecie eſt integrè to-
tus Chriſtus. Laudabilis quoq; cõ
ſuetu-

ſuetudo communicãdi laicum populum ſub una ſpecie ab eccleſia & ſanctis patribus rationabiliter introducta, & hactenus diutiſſimè obſeruata, & à doctoribus diuinæ legis ſacrarum ſcripturarum atq; canonum multam peritiam habentibus iam à longeuo tempore commendata pro lege habenda eſt, nec alicui licitum eſt eam reprobare, aut ſine authoritate eccleſiæ ipſam immutare. Datum Baſileæ in noſtra ſolenni & publica ſeſſione x. calẽdas Ianuarij. Anno à natiuitate Domini milleſimo, quadringenteſimo treceſimo ſeptimo. Spero equidem bonũ piumq; lectorem haud mihi uitio daturũ totam eam appoſuiſſe quò facilius intelligeret omnia. Sed & Conſtantienſe concilium (quod anno Domini M. CCCC. XIIII. incipiens, quadri

Cõſtãtienſe Concilũ

ennio durauit) ſacerdotibus cunctis inhibuit, atq; ob id ſub excommunicationis pœna, ne quiſquam eorum populum cõmunicaret ſub utraq; ſpecie. Inſuper uelut hæreticos puniẽdos decreuit, quicunq; ſuæ ſanctioni de communicatione ſub una ſpecie contradixerint.

Quamobrem quum huius rei exemplum prius ipſe monſtrauit, quid prohibet quò minus in hoc opere ſuum ducem eccleſia confidẽter imitetur? Sed age iſtud monſtremus. Lucas refert, Chriſtũ duobus diſcipulis in caſtellum Emaus proficiſcentibus, ſe comitẽ adiunxiſſe, quorum oculi tenebantur, ne Chriſtum agnoſcerent, donec intrans ipſe cum eis recũberet. Tunc enim guſtato pane, quẽ ille prius ſuis manibus benedixit, fregitq;, atq;

atq; porrexit illis, aperti sunt eorũ oculi. At mox, ut cognouerunt eũ, euanuit à conspectibus eorũ, subduxit sese. Vides hic, quòd isti corpus Christi sub una panis accepe-rint specie, nulla de uino mentione facta. Quæ res ut conformatior fiat Augusti. lib. iij. de consensu Euangelistarũ idipsum testatur, inquiens: Non incongruenter accipimus hoc impedimentum in oculis eorum à Satana factum fuisse, ne agnosceretur Iesus, sed tamen à Christo facta est promissio, usq; ad sacramentum panis, ut unitate corporis eius participata, remoueri intelligatur impedimentum inimici, ut Christus posset agnosci. Hæc D. Augustinus. Vbi liquido constat Christum discipulis sacramentum panis nõ uini porrexisse. Sed adhuc illo uetustior Theophilus

Alexandrinus (claruit enim Año cccxc.) ait. Sed & aliud innuit, quod scilicet sumentibus sacrum panẽ aperiũtur oculi, ut eum agnoscant: magnã enim & ineffabilem uim habet Domini caro. Hoc ille.

Sed quid horũ testimonijs opus est quum Euangelista tam diluci-dè scribat, Christum cum illis discipulis recumbentem accepisse panem, ac benedixisse, fregisseq; & porrexisse illis? Sed rogabis unde nouerim, quòd non etiam alteram speciem eis porrexerit, uidelicet in forma uini. Certè uel ex eo quod protinus ut eis panẽ sanctificatum exhibuerit, Lucas illum ab eorum oculis tradiderit euanuisse. Sed ut hoc etiam solidius firmem cum reuerẽdo patre Joañ. Roffeñ. Episcopo (qui pro Christi nomine palmã martyrij promeruit Anno M. D. xxxv.

xxxv. dum urgente conſciẽcia ſe=
cundis nuptijs, quas rex Henricus
viii. repudiata & ſuperſtite D. Ca=
tharina prima uxore ſua cũ quadã
Anna ſuperducta celebrare conſti
tuerat Anno M. D. xxxiiij. tum
uerbis tum ſcriptis pius εὐσεβὴς con=
tradiceret) audi quid Matthęus
ſcripſerit, nempe Chriſtum Apo=
ſtolis fuiſſe pollicitum ſe de illo ge
nimine uitis non ammodo bibitu=
rum, donec cũ illis ipſum biberet
nouum in regno patris ſui. Quæ
nimirum uerba de ſacramento ſan
guinis accipienda ſunt. At conſtat
ijs, qui nõ ſunt Euangeliorum in=
ſcij, Chriſtum hactenus cum Apo
ſtolis non bibiſſe, Hæc ille ſanctus
Martyr Epiſcopus. Ex his itaq; li=
quet Chriſtũ duobus illis diſcipu=
lis ſacramentũ hoc exhibuiſſe ſub
ſola panis ſpecie. Quòd ſi quis tã

impudens fuerit, ut neget, adducat ipse ex sacræ pagine libris sententię suę dilucidã corroborationem, quãdo igitur huius rei (ut infinita taceam) tot exempla præcesserint, nũ congruebat ut ecclesia non illis omnino conformaret sese?

Sed hæc obiter nunc dicta suffi ciant, nam latius hæc tota materia de communione laicorum à uiris non minimæ eruditionis deducta est, qui sacræ scripturę & iuris pontificij multiplici testimonio comprobant tradendã esse laicis communionem sub unica specie, et aduersariorum partem oppositam astruere conantium rationes, adhibita singulis responsione dissoluunt.

Et

Et ut planè quod sentiam semel depromam. Videntur mihi aduersarij, omnibus his & tam numerosis coniecturis suis de sacramento nõ solum nihil probare, uerũ magis se intricare quàm extricare, ita quidam illorũ cuncta commiscẽt, inculcant & confundunt. Nunc enim nullum miraculum in eucharistia esse contendunt, mox admittunt miracula fieri posse, nullam tamen efficaciam probandi habere. Si igitur nihil probare possunt, cur illa tam uehementer requirunt & exigunt? Sentiat unusquisq; ut uelit, mihi uerba saluatoris satis superq; erũt, quibus miraculose corpus suũ in panem mutauit, & sanguinem suum in merum, cur ergo miraculũ in miraculo quærimus? testantur autẽ nihilominus ad sufficientiã annales libri puellam 12.

I. annorum accepta eucharistia sex mensibus in pane & aqua ieiunasse, & deinde triennio ab omni cibo & potu abstinuisse.

Cornelius Cornipolitanus.

II. Nec illud silentio prætermittimus Frisiam ferè totam submersam fuisse fluctibus marinis, in qua perierunt plus C. milia hominum propter irreuerentiã factam sacramento Anno salutis M. cc. lxxiij. consule Chronographiam supradicti Cornelij.

III. Pastores quædam uerba canonis sacrosancti proferentes super panem miserè interierunt.

IIII. Monica mater mellifluí Augustini uerum gaudium habuit, cum post eucharistiæ sumptionem sursum à terra in aëra subleuata clamaret

maret exultans, Volemus in cœ=
lum fideles,& dum interrogaretur
cur ita clamasset, respondit: Cor
meum & caro mea exultauerunt
exultauerunt in Deum uiuum, ô
uerbũ totius dulcedinis & ueniæ,
ô beata lingua, quæ sacram illam
emisit uocem, quam aér excipiens
sacer est factus, angeli audientes
plauserunt, satan uerò erhorruit.

Hebręus quídã se sicut Christia V.
nus, populo cõmiscuit, officij mini
steriũ & muneris explorare uolẽs,
uidit infantem partiri in manibus
sancti Basilij & communicãtibus Ex Platina
omnibus uenit et ipse Hebręus, da
taq; est ei hostia uera, caro uiuifica
facta, inde accedit ad calicẽ sangui
ne repletũ, et ipsius factus est parti=
ceps, atq; de utrisq; seruãs reliqui=
as, abiensq; in domũ suam ostẽdit

uxori suæ ad confirmationẽ dicto-
rum,& narrauit quæ proprijs uide
rat ocellis,credẽs ergo ut uerè quia
horribile et admirabile est Christia
norum mysterium, in crastinum
uenit ad Basilium, postulãs se sine
dilatione accipere, quò fieri possit
Christianus neophitus, quod in
Christo est signaculũ. Basilius au-
tem sanctus non deferens,sed con-
suetam eucharistiã uolenti omnes
saluare offerens, baptizauit eum
cum omni domo sua credente do-
mino. Verũ de hijs hactenus,suffi-
cit credere in sacra eucharistia fieri
miracula miraculose indies.

An uerò hoc sacramentum con
fici debeat ex pane azymo uel fer-
mẽtato? Sciendũ itaq; circa mate-
riam huius sacramẽti duo esse cõsi
derãda, quid scilicet sit necessariũ,
&

& quid cõueniens. Neceſſe quidẽ eſt ut ſit panis triticeus, ſine illo enim nõ tractatur ſacramẽtũ. Non autem de neceſſitate eſt ſacramẽti ut ſit azymus uel fermẽtatus, quia inutroq; confici poteſt, tamẽ panis azymus præeligitur, propter inſtitutionem Chriſti ſcilicet, qui hoc ſacramentũ inſtituit primo die azymorum Math. 26. Mar. 14. Lu. 22. Illo enim die nihil fermentatum in domibus Iudæorum eſſe debebat, Exo. 12. Vltima ratio eſt, quia hoc magis cõpetit ſinceritati fidelium quæ requiritur ad uſum huius ſacramenti ſecundum illud 1. Cor. 5. Paſcha noſtrũ immolatus eſt Chriſtus, itaq; epulemur in azymis ſinceritatis & ueritatis. Fermentum enim corruptionẽ ſignat, teſtis eſt Paulus 1. Cor. 5. Modicum fermẽti totam maſſam corrumpit. Vt ergo

nihil corruptum ſiue corrumpens, ſed totum ſyncerum atq; ſyncerãs in hoc eſſe ſacramento mõſtretur, non fermentatũ, ſed azymum conſecramus.

PRIMVS GRADVS.

Ieiunium.

FVerunt hactenus non parum multi (hos Græci Ἀρκόφαγοι uocant) qui piam illam tractationem de ieiunijs eccleſiæ reprehendũt, paſſim taratantara buccinantes, ieiuniũ eſſe aut hypocriticum, aut uenale, ſuperſtitioſum, Papiſticum (ſic enim probroſe ſoliti ſunt appellare eos, qui ſacroſanctæ ſedi Apoſtolicæ, adeoq; catholicæ eccleſię conſtãter parent) tandem meritorium, & circumſtantijs impexum, infringẽda ergo eſſe ieiunia et ſabbata eccleſiæ catholicę, ſalu-

saluberrimã illam longissimamq; institutionem, uolunt. Ne ergo pij deflecterent, respondendum esse prouiribus duxi. Et merito quidẽ hanc sugillationẽ irrationabilem censeo & reijciendam, quoniam consensu totius Christianismi ea fuit authoritas, & introducta hęc à omnibus abstinentia: & ob causas honestas ac pias institituta, ob refrenationem scilicet carnalis concupiscentiæ & gulæ, per subtractionem cibi lautioris & succulentiosi, uel ut apertius dicam, aduersus carnis nostræ petulantiam præcipuè ieiunium institutum uidetur, ut debilitatis corporis uiribus turpium uoluptatũ in nobis lasseſcat appetitio, quæ certè si satis domita fuerit, expeditior proniorq; erit uia ad bene beateq; uiuendum.

Genes. 2. In primordio mundi ieiunium præcepisse Deum, patet in creatione Adæ & Heuæ, dicente Domino prothoplastis de ligno scientiæ boni & mali ne comedas, quæ tractãs Ambros. in sermo. de ieiunio, ait: Vt sciamus non esse nouellum ieiunium, primam illic, id est, in loco uoluptatis καὶ ὡς παραδείσῳ (in quo nulla exardescit cupiditas: omnis enim perfectio ibi, nullum cibi desiderium, sed cuncta consona, fixa, perpetua, conuenientia) constituit legem de ieiunio.

Ambros. An. cccxx.

Paradisus.

Exod. 24. Deuter. 9. Moyses 40. diebus & totidem noctibus ieiunus permansit, quando tabulas fœderis digito Dei scriptas accepit, quibus ob plebis impietatẽ confractis totidem dierum noctiumq; repetito ieiunio alias tabulas impetrauit, atq; Deũ ipsum popu-

populo qui peccauerat, reddidit placatũ. A quo Iudæi exemplum sumentes ita abstinere consueuerunt, quando à Deo opem aduersus calamitates implorare, aut eum iratum placare, uel aliquid usui uitę necessarium rogare, seu acceptorum beneficiorum memoriam, uel dies festos agere uoluerunt.

Daniel. 10. & 6.

Caro & uinum non introierunt in os meum, inquit Daniel, qui & alibi trium hebdomodarũ spacio se adfligisse legitur iam senio confectus. Vbi notandum est Danielẽ ieiunasse tribus septimanis, quia iam tres anni elapsi erant, quando data est licentia redeundi, sed non ualentes se expedire de rebus suis, ad triennium usq; morati sunt, & ergo quia tribus septimanis ieiunauit, uidit uirum indutũ lineis, per

Ieiuniū in Aduentu.

quem Christi incarnatio significabatur, cà propter Ecclesiæ alumni consueuerunt ieiunare tribus septimanis in Aduentu.

3. Reg. 19.

Helias typicus ille præcursor spiritu uirtuteq; plenus propheta 40. diebus quū ambularet ad mōtem Dei Oreb, á cibo abstinuit, & confortatus est ab angelo, qui deinde in cœlum raptus est curru igneo. Aliâs mystice Oreb est mensa Domini, super quam comesturi sunt electi cum Christo in regno suo, Christo dicente Luc. 22. Et ego dispono uobis, sicut disposuit mihi pater meus regnum, ut edatis et bibatis in regno patris mei mensa.

Oreb.

Esa. 5.

Væ qui consurgitis manè ad ebrietatem sectandam, id est multiplican-

plicandam, iuxta illud, Væ tibi terra cuius rex puer est, Eccl. 10. et cuius principes manè comedunt, quę dicta sunt illis, iuxta diui Hieronymi sententiam, qui de manè bibũt usq; ad uesperam, qui delitijs occupati ex creaturis non intelligunt creatorem, opera eius non considerantes.

Sic idem Daniel antiqua Dei beneficia recolẽs, & sua et populi peccata cognoscẽs, rogauit liberationẽ, allegans diuinã pietatẽ & sanctuarij desertionẽ, posuitq; faciem suam ad Deum, ieiunijs, sacco & cinere, ad quem Angelus Gabri- Daniel. 9.
el præantistes, qui missus è cœlo, magnas reuelationes reuelauit, de Christi incarnatione et eius passione. Per ieiunium nanq; occulta cœlestium mysteriorũ reuelantur,

inquit Isidorus lib. 2. de sum. bon. Et certè cinis & cilicium sunt arma pœnitentium, testatur Hiero.

Ioel. 2. Conuertimini ad me, inquit Dominus, in toto corde uestro, in ieiunio & fletu. In quibus sanctus Deiuir nos dehortatur à concupiscentia carnis & oculorum.

Psal. 108. Genua mea infirmata sunt à ieiunio, & caro mea immutata est propter oleū, inquit Psalmographus, quem locū declarans diuus Chrysostomus de cōse. di. v. c. nihil, ait: Nihil sic est iocundum sicut cibus benè digestus & decoctus, nihil salutem, nihil sic sensuum acumen operatur, sicut moderata refectio.

Obiectio. At obijcit nasutulus, In Euangelio nō præcepit Dominus ea fieri,

ti, quæ summi pontifices agenda iniunxerunt, sed duntaxat mandatorum Dei obseruationem, definiuit esse uiam necessariam & sufficientem ad consequendam uitã ęternam. Cum ait adolescenti Mat. 19. Si uis ad uitam ingredi serua mandata. Obediẽtia ergo melior quàm uictimæ. 1. Sam. 15. Et alibi in scriptura sacra uetuit Dominus quippiam addi, dicens: Quod præcipio tibi hoc tantum facito. Nunquid pręcepi, inquit Dominus, patribus uestris, ut mihi offerent sacrificia? & non hoc potius audiendo audite uocem meam. Quòd si iure conquerebatur sua iam ætate Augustinus Episto. ad Ianua. ca. 19. Ecclesiam sic premi, ut tolerabilior Iudæorum conditio, quibus qnærelis deplorabimus eam, quæ nunc est seruitutem? Contra hanc autem

Deut. 4. 12.

Ieremiæ 7.

prohibitionem faciunt, qui nouas constitutiones de ieiunijs & abstinentia ciborũ sanciunt. Non sunt igitur audiendi, nec eorum decretis est morigerandum, & ut ante sexenniũ Ioannes Vuannebergus Bernensis (aliâs candidus iuuenis cui omnes docti calculũ præbent) mihi obiecit in hęc uerba: Nõ sunt igitur decreta summorum pontificum neq; Ecclesiæ statuta de necessitate salutis obseruanda. Respon-
Responsio. sio. Non præcepit quidem particulari expressione & peculiari declaratione Dominus in Euangelio, quæ summi Ecclesiæ protomystæ seu præsides postea sanxerunt obseruanda, ut singulis hebdomadis, feria sexta & Sabbato, carnibus esse abstinendum, Quadragesimale ieiuniũ & quatuor temporum, atq; uigiliarũ celebrium festorum,

cum

cum delectu ciborum esse obser-
uandum, dies item festos mysterio
rum nostræ redemptionis, & sacra
tissimæ uirginis Mariæ, & nonnul
lorum sanctorũ solenniter esse ce-
lebrandos, & nonnulla id genus
statuta, Eadem tamen omnia præ-
cepit Dominus in Euangelio esse
obseruanda, generali, & hæc uni-
uersa suo ambitu continẽte sermo-
ne, atq; cõmuni quadã præceptio-
ne, qua iussit, præpositis atq; prin-
cipatũ in Ecclesia gerentibus esse
obediendum, qua itidem audien-
dam esse Ecclesiam, hisce uerbis de
nunciauit. Si Ecclesiã, inquit, non Matth. 18.
audierit, sit tibi sicut Ethnicus &
Publicanus. Sed nònne in Euan-
gelio Christus expressit, præcepta
decalogi obseruari debere? Vnum
autem præceptorum Dei est, & or- Exod. 20.
dine quartum, honorandos esse pa

rentes. Atqui rectores Ecclesiæ ex obligatione diuini præcepti, honorandi, & præstanda est illis obedientia. Ecce quonã pacto ex Euangelico contextu, facile deducuntur Ecclesiastica statuta ad unguem esse obseruanda. Illa uerò scripturæ sententia in Deuteronomio posita de non addendo uerbo ad præcepta Dei, intelligenda est de uerbo dissonante & repugnante mandatis Dei, non autẽ de eo uerbo quod adminiculatur, & præstat adiumẽtum ad præcepta Dei expeditius et
Apocal. 22. plenius obseruanda. Quemadmodum illud in Apocalypseos libro, Si quis, inquit Ioannes, apposuerit ad hæc, apponet Deus super illum plagas scriptas in libro isto, intelligendum est (ut Clichtoueus uult) de apponẽte ea, quæ aduersantur, & pugnantia sunt eis quæ in Apocaly-

alypsi scribuntur. Non autem de his, quæ elucidant & declarant ea, quales sunt explanationes sanctorum Patrum, elaboratæ ad referanda libri illius arcana & abdita sensa. Conciliorũ autem generalium Canones, & summorũ pontificum decreta, summopere conducũt ad perfectiorem & integriorem mandatorum Dei adimpletionem, nec ab illis quoquo pacto reluctantur, ut liquido constat, singula Ecclesiasti statuta inspectanti. De his hactenus.

Ruth mulier, quę in genealogia Christi cẽseri meruit, cum à Booz diuite uiro hospitaliter accipitur, panem in aceto intinctum comedisse dicitur, aquam potasse, bibisseq; saturatam, adeò tunc locupletiorũ seu diuitũ luxuria mensæ carebant, Ruth 2.

Ion. 3. Sic Niniuitæ indixerunt ieiu-
nium, qui enim luxu & ambitione
peccant, ſacco & ieiunio Deum fa-
Baſilius. cilè placare poſſunt, unde Baſilius
ille magnus, Sicut equis frena ſunt
imponēda, ita corpora noſtra ſunt
refrenanda ieiunijs, uigilijs, inquā,
ſtude copulare ieiunia, ut ita cun-
ctis animæ uirtutibus florere poſ-
ſis, & caro ſubiecta ſit animæ ſicut
pediſſequa ancillatur dominę ſuę.
Et ſicut equus repletus & impin-
guatus recalcitrat, fame autem ma
ceratus pacificè incedit. Sic caro
Eſaiæ 3. equus animæ, iuxta illud Ieſaię, E-
qui eorū caro, cui equo anima inſi-
det, ſi non abſtinētia maceratur re-
calcitrat, ducens ad piſtrinam ſeu
præcipitium inferni, ſed freno ab-
ſtinentię domata, ad tramitem bea
Pſal. 31. titudinis ducit, unde rectè Pſalmi-
ſta, In chamo & freno maxillas eo-
rum

rum cõstringe. Et Paulus 1. Cor. 9. Castigo corpus meum & in seruitutem redigo.

Iosaphat timore perterritus, totum se contulit ad rogandum Dominum, & prædicauit ieiunium uniuerso Iuda. 2. Paral. 20.

Et sanctus Dei angelus Raphael, ad Tobiam uerba faciens, connunxit ieiunium orationi & eleemosinæ, cum ait: Bona est oratio cum ieiunio & eleemosina, magis quàm thesauros auri recõdere. Sic etiam clamauerunt teste scriptura alio in loco, Bethulienses, & cum il Iudith 4.
la Eliachim sacerdos dei magnus, ad Dominum instantia magna, & humiliauerunt animas suas in ieiuniis & orationibus. Tobiæ 12.

Hester

Hester 14. Hester pro unguentis uarijs cinere & stercore impleuit caput, & corpus suum humiliauit ieiunijs. Et Iesaias capite 25. Quem docebit Dominus scientiam & quem intelligere faciet auditũ? sequitur, Ablactatos à lacte, auulsos ab uberibus: talis extitit Daniel et socij eius qui leguminibus pasti inuẽti sunt sapientiores omnibus sapientibus Chaldæorum. Dicebat enim Daniel ad Malassar, quẽ princeps Eunuchorum cõstituerat pueris Hebræorũ ut præesset, Tenta nos obsecro seruos tuos diebus decem, & dentur nobis legumina ad uescendum, & aqua ad bibendum, & contemplare uultus nostros, & uultus puerorum, qui uescuntur cibo regio & sicut uideris, facies cum seruis tuis. Vide quid facit ieiuniũ, & morbos sanat, & pituitam corporis

Daniel. 1.

poris exiccat, & dæmones eijcit, & cogitationes prauas excutit, & mẽtem reddit splendidiorem, & cor purum, & corpus sanctificatum, & throno Dei commẽdat hominem. Quisquis igitur, inquit Athanasius, ab immundo spiritu turbatur, si cogitauerit, ususq; fuerit hoc pharmaco, nimirum ieiunio, protinus spiritus malus in angustiam redactus discedit, territus ieiunio. Patet etiam in Ioañe Euangelista cui ieiunanti in insula Pathmos reuelatio libri Apocalypseos facta est testatur diuus Hiero. ad Paulinum. Hinc Zacharias propheta septimo capi. Cũ comedistis & bibistis, nunquid non uobismetipsis bibistis et comedistis? Vegetat ergo ieiunium spiritum illum nobis gratia Dei infusum, & est Anima.

Amari

Eccles. 31. Amaritudo est animæ uinũ multum potatũ, inquit Ecclesiasticus. Rectè igitur loquitur Solomon in Prouerbijs capite 23. Ne intuearis uinũ quando flaueſcit, cum ſplenduerit in uitro color eius, ingreditur blandè, & in nouiſſimo ut coluber mordebit.

1. Reg. 14. Ionathas, ut in libris Regum habetur, intinxit ſummitatem uirgæ in fauo mellis, & ergo ſententiam mortis meruit, eò quod guſtũ mellis cõſtitutũ tempore anteceſſerit.

Multa deniq; huiuſcemodi exempla referre poſſem, quæ in præſentia nõ inuitus conſultò omitto.

Hierem. 6. Ad ieiunium præterea cohortatur nos Dominus per Hieremiam dicẽs; Filia populi mei induere cilicio

licio & conſpergere cinere, luctum
unigeniti fac tibi planctum ama-
rum. Eſt autẽ populus Dei, popu-
lus Chriſtianus. Filia uerò populi
Dei, eſt anima cuiuslibet Chriſtia-
ni, quam quidẽ animam ipſe Deus
ad tria hortatur in prædictis. Pri-
mò ad duræ pœnitentię aſſumptio
nẽ, dicẽs: Induere cilicio. Cilicium Cilicium.
autem eſt indumentum durum ac
aſperum de pilis camelorum con-
textum. Secundò ad mortis medi-
tationem, dicens: Conſpergere ci-
nere, eodem teſtante capite 22. Ter
ra, terra, terra audi uerbum Domi-
ni. Tertiò hortatur ad peccatorum
dolorem, dicens: Fac tibi luctum
amarum. Luctus enim ut dicit Au Luctus.
guſtinus, eſt triſtitia de amiſſione
charorum. Homo autem per pec-
catum amiſit Deum, animã ſuam,
& omnia merita, idcirco neceſſe ut

conuertatur ad pœnitentiam, ama
Psal. 34. ra, lamenta. Sic fecit Dauid: Hu
miliabã, inquit, in ieiunio animam
meam, & oratio mea in sinu meo
conuertetur. Non sic autem ieiu-
nant Dauidicum ieiunium hypo
critæ tristes, exterminant enim fa-
cies suas ut uideantur hominibus
Tria gene ra ieiunan tium. ieiunãtes, qui non Deo nec animæ
suę, sed populi famæ ieiunant, mul
ti ieiunant carni suæ, ut medici, alij
marsupio, ut auari. Cæteri animæ
suæ, ut uiri iusti.

Psalm. 68. Operui in ieiunio animã meam,
inquit alibi Dominus per psalten
egregium, & factum est in oppro
brium mihi. Christus enim sitiens
& esuriens salutem humani gene-
Christus in cruce ieiunauit. ris in cruce ieiunauit, unicum latro
nem sibi tantum incorporãs & ac-
quirens, in quo ieiunio operuit ani
mam

tiam ſuam quia potentiã non exercuit ſe uindicãdo, nec ſe Deum eſſe oſtendit, unde eum tanquam purum hominem contemnebãt. Qui ergo ieiunando ſuperbit phariſęorum imitator eſt, & eorũ qui Chriſtum adeuntes, dixerunt Matthæi 9. Quare nos & phariſæi ieiunamus frequẽter, diſcipuli autem tui non ieiunant? Si uis igitur ut ieiunium tuum gratum ſit Deo, nihil tibi ita arroges, ut alijs detrahas, alios ſuggilles, ſed operã da, ut cum Pſalmiſta dicere poſſis, In ieiunio humiliabam animam meam, Pſal. 34. Etalio in loco Dominus, Humiliamini, ſedete in terra, quoniã de capite ueſtro deſcendit corona gloriæ ueſtræ. Hierem. 13.

Sic Samſon Mazareus cum & ipſe ſiti enectus clamaſſet ad Do- Iudic. 15.

minum, egressis de molari maxillę asininæ aquis seruatus, non ergo grauabũt nos ieiunia nostra, si sanctorum parsimoniã cogitabimus, ut saltem imitari eos non pigeat, quos æquiparare nequimus.

Zacha. 8. Ieiuniũ quarti, & ieiuniũ quinti, & ieiunium septimi, & ieiuniũ decimi, erit domui Iudæ in gaudium dicit Dominus. Ieiunabant autem in quarto scilicet in Iulio mense, quia tũc descẽdit Moyses de monte & confregit tabulas, Exo. 32. tũc etiã rupti sunt muri Hierusalem, testãte Hieremia capite 39. In quinto autem scilicet in Augusto ieiunabant similiter, quia tunc flammis exusta est ciuitas, Hiere. 52. In septimo uerò, id est, Octobri secundum nos propter mortem Godoliæ, cuius meminit Hieremias capite 41.

Ieiunia Iudæorum.

In

In decimo uerò, id est, Ianuario, quia tunc Ezechieli & populo relatum est templũ esse subuersum. Ezech.33.

Sic Agar cũ filio per desertum errans, ut in Geneseos libro habetur, cum uehementer sitiret, angeli indicio puteum comperit, & inde hausta aqua se & puerum à pernicie seruauit. Genes.21.

Antiocho Eupatore et Lisia pro curatore bellantibus, ut in Machabęorum libris cõstat, in ualida manu aduersus hostes suos, et interim luda cum suis in ieiunio & sacco misericordiã Dei pulsantibus, propitium senserunt Deum. Eleazarus præterea (ut in eijsdem Machabæorum libris in propatulo est) & Machabęi simili modo, potius mo 2.Mach.15.

ri elegerunt, quàm ſuillis contra di uinę legis prohibitionem ueſci carnibus.

Ezech. 4. Sic Ezechiel ut famem futuram partim uerbis, partim re atq; opere nunciaret, frumentum, hordeum, fabam, lentem, milium, uitiam, per dies centum quadraginta comedere iubetur, & aquam potare. At nos, nos inquam, fabam illam reſpuimus tanquã Pythagoræ, non unigeniti diſcipuli, multi triticum niſi in ſimilaginem redactum faſti diunt, & uina delicatiora conquiri mus, nulla in parte ſanctis Prophetis iſtis comparandi.

Eſaiæ 58. Acriter etiam per Prophetã Ieſaiam reprehendit eos Dominus, qui ieiunio corporali non coniungũt ſpirituale, ſcilicet abſtinentiã et re-

repreſſionem ſui à peccatis. Semper enim ieiunium ad bonum finem eſt referendum, utpote ad Dei gloriam & honorem, non autem ad Matth. 6.
oſtentationem & iactantiã (ut prius dictum eſt) aucupandámue laudem humanam. Reliquę autem ieiuniorum ritè obſeruandorum circumſtantiæ, ut quibus fieri debeãt diebus Quadrageſimæ ſcilicet, & quatuor anni temporum, ut infra dicturi ſumus, et in uigilijs aliquot feſtorum ſolennium anni, quo itidem genere ciborum ſit utendum, abſtinendum ſcilicet eſſe à lautioribus & ſucculentioribus cibis, atq; aridioribus ueſcẽdum, qua denicq; hora diei ſumenda ſit in diebus ieiuniorũ refectio: quod ſcilicet meridiana, determinatæ ſunt per uarias temporum ſucceſſiones à ſummis myſtis, & conuentionibus ſeu

concilijs Oecumenicis. Quæ sanè determinationes uolumini Decretorum & Epistolarũ decretalium passim sunt insertæ,& quemq; obstringunt ad integram earum obseruationem ipsius Ecclesiæ catholicæ.

Multa bona ex ieiunio prouenium.

Cęterum notandum, multa bona prouenire abstinentibus à delitiosis cibarijs. Quia fit homo fortior,ad scientiam acutior, & ad contẽplanda cœlestia habilior. Sic Dominus curãs lunaticum,quem non poterant illa hora discipuli pristinæ sanitati restituere, ait: Hoc genus Dęmoniorum non ejicitur,nisi in oratione & ieiunio, quæ contra luxuriam & cupiditatem sunt.

Matth.17.

Christus quoq; (domitor inferni,uictor sathanæ,interfector Antichri-

tichristi, « & o principium & finis, omnium rerum primus & nouissimus, antiquator Iudaismi, destructor Ethnicismi, uia, ueritas, iustitia, Architaumaturgos, supremus sacri ædificij apex) ieiunauit in deserto 40. diebus & totidem noctibus, uictaq; tentatoris uersutia, ministerijs fruebatur angelicis, postmodum cibo indigẽs, ut nobis formam ieiunandi præscriberet, ostendens quomodo in tempore agonis à carnalibus desiderijs abstinere debeamus, per macerationem carnis aduersarij spiritualis machinas euitare, & ad angelorum peruenire consortium, post mortem autem scilicet post glorioſam anastasim seu resurrectionem comedit quadraginta diebus cibo nõ indigens, quasi dicat: Ego sum uobis consolatio et cibus omnibus diebus. Hic

Christus ieiunauit.

Matth. 4. Marci 1. Lucæ 4.

Quadragesimale ieiunium.

est ille Christus, semen Abrahæ, qui panes hordeaceos habuit, Ioã. 6. cum pauit turbam, et qui aquam ad bibendum à Samaritana mulie re petijt, Ioan. 4. Sic exemplũ præ bens, ne rudes fastidiamus cibos, neq; uina delicatiora exquiramus. Carnem nisi in Paschate nõ come dit, minutis piscículis usus est, & ne uilia etiam contemneremus, fel & acetum in cruce positus gustauit.

Libet hoc loco latius expatiari, Quarta feria ieiunium inchoatur, quia legitur Christum eadem feria suum ieiunium cœpisse, siue quoniam quarta ætate Solomon templum ædificauit, nosq; quasi fundamentum illius templi quod è nobis, uiuis lapidibus construitur, iacimus ieiunando, quo in Paschate ipsius Domini templum esse possimus,

mus. Sunt & qui aliam cauſæ ratio nem adferre cõtendunt, treis ſcilicet dies fuiſſe additos, pro tribus illis quatuor temporum qui in hac quadrageſima locũ obtinent, quarum pro uigilia Paſchatis qua ieiunare debemus. Et ergo, Hoc tempore ieiunium inchoamus uſq; ad Paſcha ſequentes, non autem eo quo Chriſtus ieiunium egit, quia in Quadrageſima Iſraël populum repreſentamus, qui annis quadraginta ęremum coluit, poſteaq; illico Paſcha celebrauit. Itaq; magis à uitijs quàm à cibis ieiunare oportet, licet & ciborum abundantia fomenta ſint uitiorum. Sed quid prodeſt tenuari abſtinentia corpus, ſi animus intumeſcat ſuperbia? quã laudem merebimur de pallore ieiunij, ſi inuidia liuidi ſumus? Quid uirtutis habet uinum non bibere,

et ira atq; odio inebriari. Tunc denicq; præclara est abstinentia, tunc pulchra atq; magnifica castigatio corporis cum est animus ieiunus à uitijs. Per ieiunium tale uitia prosternuntur, uirtutes augentur, humiliatur caro. Hinc Prudẽtius sancto cecinit carmine:

Prudẽtius. Perfusa non sic amne flamma extinguitur,
Nec sic calente sole tabescunt niues:
Vt turbidarum scabra culparum seges
Vanescit almo trita sub ieiunio.
Si blanda semper misceatur largitas.

Luc. 21. Videte, inquit Christus alibi, ne grauentur corda uestra crapula & ebrietate, quantum enim carnis tibi subtrahis, tantum spiritualis habitudinis uegetationi addis, quæ omnia filia Phanuel de tribu Aser

Luc. 2. obseruans, deprecationibus, ut Lucas scribit, ieiunauit in templo, & me-

meruit habere ſpiritum propheti-
cum. Sic filius prodigus, qui bona
ſcortando, luxuriando q; abligurie
rat, tunc ad patrem flagitij ſui pœ-
nitens rediit, cum eſurire cœpiſſet.
Quapropter ſi culinę nidor gulam
exagitat, atq; palato ſaliuam excu-
it, ſi gulæ cimamenta cor ſubeunt,
felle & aceto Chriſtum in cruce po
tatum, ut alibi diximus, recogite-
mus.

Commẽdatur autem ieiunium
multis de cauſis. Primo à ſui inſti-
tutione in ſtatu innocentiæ in para
diſo, Geneſeos ſecundo capite, De
fructu ligni uitę ne comedatis. Ali
quando à ieiunantium authorita-
te, à Moyſe, Helia & Chriſto. Ali-
quando ab ordine quem habet in
bello ſpirituali, uel ab hoſte quem
deuincit ſcilicet diabolum, & car-

nem, unde diuus Hieronymus: Nihil uilius quàm à carne uinci, nihil glorioſius quàm carnem uincere. Vltimo commẽdatur à multiplici eius effectu: fugat enim Diabolũ ſicut fames lupum de nemore.

Ieiunio unde nomen inditũ ſit.

At ieiunio uidetur nomen inditum ex inteſtino, quod ieiuniũ dicitur, quia teſte Cornelio Celſo libro quarto, nunquam quod accipit, cõtinet, ſed protinus in inferiores partes uentris tranſmittit: hoc argumento, ut more ieiuni inteſtini, minus nos cibarijs oneremus, cum abſtinemus.

Apoſtoli ieiunarunt.

Apoſtoli etiam exemplum ieiunandi nobis reliquerunt, qui poſt ſuſceptum ſpiritum ſanctum, ſicut mentes auerterant à mundi illecebris, ſic etiam ab epularum appetitu,

tu, & si etiam quamdiu cum eis fuerat seraph crucifixus. Γεώργος uerus et Adonai Zebaoth, non ieiunarent, post ablationem tamen & ascensionē eius se spontaneis subdiderunt ieiunijs (confrictis enim, Ioan. 6. manu aristis famem sedasse legūtur) dicēte Domino, Quando sponsus auferetur ab eis tunc ieiunabunt, seu spiritu mœroris affligentur, quod secundū piorum opinionem, ut superius ostensum est, contigit ipsis quando mortuus & sepultus fuit, postmodū uerò quādo ascendit ad cœlos tunc similiter priuati sunt sua pręsentia corporali, at postea per spiritū sanctum receperunt consolationem. Quæ uerba Domini declarās Epiphanius, ad finem librorum contra octoginta hęreses pag. D. 30. inquit, Quarta & prosabbato ieiuniū statutum

Lucæ 5.

Epiphanius

est usq; ad horam nonam. Nam illuce scẽte quarta, assumptus est Dominus, & prosabbato crucifixus est, & tradiderunt Apostoli, ut in his diebus ieiunia fierent ita, ut impleatur dictum hoc, Quum ablatus fuerit ab ipsis sponsus, tunc ieiunabunt in illis diebus, & non, ut gratiam, aut beneficium exhibeamus ei, qui pro nobis passus est, ieiunium nobis constitutum est, sed ut cõfiteamur ad nostram salutem Domini passionem, quam pro nobis ipse suscepit, & ut pro peccatis nostris ieiunia nobis apud Deum supputentur.

Nota.

Matth. 3. Sed & Ioannes Baptista (precursor machinatoris ueriq; constitutoris, in quo renascimur atq; nouamur) comedit locustam, mel silue stre. De insignibus Ioannis Baptistæ

ſtæortu Sabellícus in hæc uerba: Nec intempeſtiuus matris uterus, nõ fauſtum Ioannis Zacharię filij ſalutaremq; terris deſpõdit ortum. Nihil Deus non mirificè & utiliter operatur, mulier quæ dum per æta tẽ mater fieri potuit, ſterilis fuerat, tam grandis natu & decrepita pregnans facta eſt. Cæterũ quàm magnus futurus erat partus, ipſe Propheta extitit quàm in lucem ædetetur. Hæc parergos. Ioañes Baptiſta.

Sic Paulus ſuos Galatas cohortans ne dent libertatem et occaſionem carni, ait: Spiritu ambulate, & deſideria carnis nõ perficietis, q.d. acquiritur regnum Dei non cibo, non comeſſationibus, ſed abſtinentia & fame, non ebrietate, ſed ſiti & ſobrietate, non ſomno, non plumis Sardanapali, ſed uigilijs et duro cu Galat. 5.

bili, nõ ocioſitate, ſed cura, non uo-
luptatibus, ſed laboribus. Quã uir-
tutem finxerũt poẽtæ aliàs miſeri,
Deam quandam ſeueram, fronte
hirta, incompoſita coma, gradu &
ore uirili, altis humeris, uelte candi
da inſignitam, habitantem uerò in
domo caſta & in domo arduè ſita.

1. Petr. 2. Simili modo idem alibi coapo-
ſtolus Petrus, ait: Abſtinete à car-
nalibus deſiderijs, quę militant ad-
uerſus animam, quaſi dicat, Sicut
contra caſtrum ſagittę acutæ & te-
la ignea nequiſſimi imittuntur, de
arcu ocioſitatis exeũtes ſcilicet, ſic
Chriſti militibus neceſſarium eſt
ſcutum fidei, in quo facile poſſunt
ignea tela tortuoſi draconis extin-
guere.

Sic rurſus Paulus temperãtiam
(quæ

(quæ rationis in libidinem, atq; a- Temperan
lios non rectos impetus animi, fir- tia quid.
ma ac moderata dominatio est)
suo discipulo Timotheo suadens 1. Tim. 5.
& inculcans, ait: Vinum modicè
sumptum acuit ingenium.

Eidem fortissimns fidei agoni- Acto. 10.
sta, ut in Actis Lucas testatur, esu-
rijt in domo Simonis Coriarij, &
quia esurijt, super eum extasis seu
mentis excessus cecidit, & cœlum
apertum uidit. Qui ergo ieiunare
nolũt, in futuro fame & siti defici-
ent, quibus Dominus cõminatur
per Esaiam, dicens: Serui mei co- Esaiæ 65.
medent & uos esurietis, serui mei
bibent & uos sitietis, pro uino fel
draconum habebunt & uenenum Deut. 32.
serpentum, fel draconum uinum
eorum, & uenenum aspidum insa-
nabile, uua eorum uua fellis & bo

trus amariſſimus, pro pane calcu-
lum ignitum habebunt, dicente ali
Prouer. 20. bi ſcriptura: Implebitur os eius cal
culo. Et alio in loco Pſalmiſta, Pſa.
48. Mors depaſcet eos.

2. Eſdr. 8. Sic etiam Eſdras ſacerdos, cum
à Chaldæa dimiſſus Hieroſolymã
rediret, triduo cum ſuis ieiunaſſe,
preces q; pro itinere obtuliſſe dici-
tur, uoti q; compos factus: ſecun-
dum illud Apocalyp. 21. capite: E-
go, inquit, ſitienti dabo de fonte a-
quæ uiuæ gratis. Et Ieſaias capite
49. Nec ſitient, & non percutiet
eos æſtus & ſol, quia miſerator eo-
rũ reget eos, & ad fontes aquarum
potabit eos.

Epheſ. 5. Et Paulus prudentiores Ephe-
ſios cohortans ad abſtinẽtiam, di-
xit: Nolite inebriari uino in quo
eſt

est luxuria. Vnde in Prouerbiorū libro scriptura: Cui uæ: cuius patri uæ: cui rubedo oculorum: nonne his qui commorantur in uino, & student calicibus epotandis: Hinc Oseas: Fornicatio & ebrietas auferent cor. Et Ecclesiasticus capite 19. Vinum & mulieres uidelicet impudicæ apostatare faciunt sapientes. Exemplum est Loth, Geneseos 19. Quem Sodoma non uicit, uina infecerunt. Prouer. 23. Oseæ 4.

Et idem Paulus uas electionis alio in loco, inquit: Castigo corpus meum et in seruitutem redigo, q.d. Reprimo illicitos motus, ad tactus, non in seruitutē Veneris aut Bacchi, non piscatorū seu uenatorum sicuti principes huius mundi consueuerunt, hactenus nō meam sed spiritus perficio uoluntatem, unde 1. Corin. 9.

Hierony: diuus Hiero. in epistola ad Eustochium, & ad Furiam de uiduitate seruãda, ait: Si Paulus doctor gentium preparatus in Euãgelio Christi ob carnis aculeos & incentiua uitiorum reprimit corpus suum, & in seruitutem subijcit, ne alijs prædicans ipse reprobus efficiatur, & tamen uidet aliam legem in membris suis repugnantem legi mentis suæ, & captiuantem se in lege peccati, si post nuditatem ieiunia, famem, carceres, flagella ac supplicia in semetipso reuersus exclamat, Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius, tu te putas securam esse debere, q.d, non.

Matth. 6. Quinimò & Christus in sermone suo ad discipulos & turbam in mõte, quomodo fieri ieiunium debeat ostendit, hypocriticum reprehen-

pendens. Quemadmodum etiam ibidem, quanam ratione oratio & eleemolina fieri debeat, planè manifestat. Hæc uerba nostri Saluatoris Chrysostomus exponens, ait: Quòd si is qui ieiunat per uanam gloriam peccat, quanto magis ille qui non ieiunat & se ieiunare simulat, ut sanctus hominibus uideat? Chrysost.

Et alio in loco Hieron. expressius exprimens, ait: Tantũ tibi impone ieiuniorum quantum ferre potes, sint pura, casta, simplicia, moderata & non superstitiosa ieiunia, dicẽte Paulo, Rationabile obsequiũ uestrũ. Hęc ille ad Nepo. de uita cler. Hieron. Roma. 12.

Et idem Hieron. ad Demetriadem uirginẽ similia confirmat. De tali ieiunio pulcherrimè cecinit Iuuencus presbyter Hispanus:

Sunt etiam pergrata Deo ieiunia plebis.
Sed propriã multi faciẽ fœdare laborant, Iuuencus.

Quo uanã captẽt hominũ ieiunia famam.
Tu uero & grato crinẽ madefactus oliuo,
Lætantẽ puris de fontibus ablue uultum.
Vt ſolus genitor, deuoti pectoris aptum
Seruitiũ cernẽs, laudet meritũq; rependat.

2. Cor. 6. Et rurſus Paulus, In omnibus exhibeamus nos ſicut Dei miniſtros, in multa patientia, in laboribus, in uigilijs, in ieiunijs. Pulcherrimum ordinem ſeruat fortis fidei agoniſta, non tantum patientiam, ſed illam quæ fit legitima certatione, laboribus ſcilicet, ſuadet, mox uigilias & ſpiritualem circunciſionem adglutinans. Sic alío in loco diui Pauli, quũ multis modis pſeudo detractores detrahebant Paulo inuidentes, & deturbantes eius prędicationẽ, fortiter illis ſe oppoſuit, & ideò ne fructus ſuæ pœnitentiæ pereat, gloriatur humiliter ſe plurima paſſum in fame, ſiti, in ieiunijs multis.

2. Cor. 2.

Et

Et certè omni tẽpore ieiunium utile seruantibus, nec malignitas dæmonium aduersus ieiunantem quicquã audet conari, iter facientibus optimum uiaticum est. Sicut enim luxus, gula, delitiæ oneratos nos atq; impeditos esse cogit. Sic ieiunium & abstinẽtia leues et expeditos in itinere reddit. Voco autem ieiunium temperatum usum cibi & potionis, adeoq; ab oĩnibus illicitis rebus abstinentiam. Vtilitas ieiunij. Nota.

Qui in carne sunt, inquit idem Paulus, Deo placere non possunt, non reprehendit quòd in carne uiuant humana, sed quòd in carne absq; spiritu, pietate, & ulla modestia uiuere ignominiosum et damnosum sit, et certè qui aliter uiunt nequaq; Deo placere possunt, uerũ ad menõ pertinet, uitia emendare, aut quod minus rectũ uidetur im-

mutare, ad illos talia spectant qui debent & possunt crapulę deditis frenum inijcere, & ni id faciant, certissimè rationem Deo aliquādo sunt reddituri. Lucæ 16.

AVTHORITAS Patrum.

Didymus An. 376.

QVa de re oppidò quàm pulchrè ac copiosè Didymus in epistola ad Alexā. de Brachmanis, disseruit, Pura & simplici uita, inquit, gens Brachmanorum uiuit nullisq; rerum capitur illecebris nihil appetit amplių quàm naturæ ratio efflagitat, hinc est quòd nulla apud eos sint morborum genera, nullus medicinæ usus, sed diu turna salute perfruuntur, quia medicinæ remedium illis parsimonia est quæ non solū illapsos curat dolores,

lores sed etiam procurat ne ueniãt. Vide Eusebium lib. 6. de præpara. Euangeli.

Legimus (inquit sanctus Hieronymus libr. 2. contra Iouinianũ) quosdam morbo articulari & podagræ humoribus laborantes proscriptione bonorũ ad simplicem mensam, & pauperes cibos redactos conualuisse, caruerunt enim sollicitudine dispensandæ domus & epularum largitate, quæ & corpora frangunt & animam. Et idem Bethleemites: Aegrotanti tibi, non aliter sanitas restituitur, nisi tenui cibo uictuq; castigato quæ DIETA dicitur. Hæc ille. Hanc summam medicinam esse testatur Galenus. Et sicut superfluitas cibi generat morbos uarios & mortiferos, sic moderata refectio sanat ægritudinem,

Hierony. An. 390.

DIETA.

procurat sanitatem & hilaritatem.

Ignatius. Quadragesimã uerò nolite (ait Ignatius diui Ioannis discipulus) pro nihilo habere, imitationem enim continet conuersationis Dei, Hebdomadam etiam passionis nolite despicere. Quarta uerò, et sexta feria ieiunate, reliquias pauperibus porrigentes. Hæc ille ad Philip. extitit hic Episcopus Antiochẽsis, tertius à Petro, quem etiam B. Dionisius alicubi citat.

Hierony. Hieronymus ad Furiam scribens, ait: Non Ethneæ ignes, non & Vulcana tellus non Olympus tantis ardoribus æstuat, ut iuuenales medullæ seu ardores uino pleną & dapibus inflammatæ.

Cæsarius. Alijs diebns ieiunare prẽmium est

stin Quadragesima non ieiunare peccatum est, alio tempore qui ieiunat accipiet indulgentiam, in diebus his qui non ieiunat sentiet pœnam, inquit Cæsarius in admonitione.

Ieiunantes & non à peccatis abstinẽtes nihil merentur, inquit Augustinus super Ioannẽ. Cui etiam succurrit illud Gregorij in Home. Quadra. Incassum, inquit, caro atteritur si à prauis uoluptatibus animus non refrenatur. Et D. Ambrosius adstipulatur huic opinioni, cũ ait: Quid prodest ieiunare uisceribus & luxuriari uenatibus, abstinere à cibis errare peccatis. An putatis illũ ieiunare fratres qui primo diluculo non ad Ecclesiam uigilat, non beatorum martyrũ sancta loca perquirit, sed surgens conuocat

Augustinus

Gregorius

Ambros.

mancipia, disponit retia, canes conducit, saltus siluasq; perlustrat: q. d. Non. Et alio in loco idem Ambrosius in Roman. cap. 14. inquit, Sunt quidam, qui quarta feria carnem non edendam statuerũt: sunt qui sabbatis, sunt iterum, qui à Pascha usque ad Pentecosten edant. Hæc ille.

Origenes Anno 190.

Habemus Quadragesimæ dies ieiunijs consecratos, habemus Quartum & Sextum septimanæ dies, quibus soleñiter celebramus, inquit Origines Hom. 10. super Leuiti. cap. 16. id esse uerũm testis

Hierony.

est diuus Hieronymus in epist. ad Marcellã, aduersus Montanum, qui plures Quadragesimas seruandas prædicabat, scribit, Nos unam Quadragesimam secundum traditionem Apostolorũ, tempore nobis

bis cõgruo ieiunamus, imò si Chry Chrysost.
sost. credimus, ipsius Christi insti-
tutum esse uidetur, ut prius dictum
est, qui Homilia decima in Gene-
sin de ea re ita scribit: Nam quem-
admodum in uijs publicis sunt sta
tiones & diuerticula, in quibus fes-
sumiatores & respirant & quiescũt,
ut alacrius postea iter suum confi-
ciant, & sicut in mari sunt portus,
ut in eos se recipiant nauigantes,
dum uentorum impetus conqui-
escat, & sic iterum nauigare inci-
piant. Ita & nunc his, qui in hac
Quadragesima ieiunij cursum sus-
cepere, quasi stationes & diuerti-
cula, et portus, per duos hebdoma-
das dies, Dominus quietẽ largitus
est, ut & corpori aliquantulum ie-
unij labores remittant, & exactis
duobus illis diebus, in pulchrè cœ-
pto itinere alacriter pergant. Hæc

ille. Et ergo diuturna cõsuetudine iam ferme per mille annorum curricula, & ultra, obseruatus est & approbatus hic usus abstinẽdi in qua dragesima. Quis ergo nisi excors & temerarius, usum illum improbabit, damnabit?

Anachoretæ. Anachoretę in primitiua Ecclesia arctissimam duxerunt uitam, in Aegypto, Arabia, Lybia, Nitria, &c. Tripartitæ hysto. lib. 1. cap. 11.

Augustin. De Veterum ieiunijs multa D. Augustinus Casulano epist. 86. Multi, inquit, maximè autẽ in monasterijs cõstituti, quater, uel etiam quinquies in hebdomada ieiunãt. Et Romana plebes frequẽter quarta, et sexta feria, et sabbato ieiunare consueuit. Hactenus ille.

Fe

Feria quarta concilio conuenit, & propterea ieiunamus etiam nos quartis ferijs, inquit Theophylactus in Marc. cap. 14. Theophylactus.

Et Augustinus cõtra Faustum libro 31. cap. 2. ait: Vos non solum abstinetis (à certis cibis) sed etiam gloriam captatis exinde, & eo acceptiores uos creditis, quo eritis abstinentiores à cibis, sic Faustus insultat Christianis. Et alio in loco idem sanctus uir: Ieiunio mentem purgat, subleuat spiritum, carnem spiritui subtrahit, cor facit contritum, libidinum ardores extinguit. Augustino

Ieiunium (inquit D. Chrysostomus) est animarũ nostrarum tranquillitas, senũ decor, adolescẽtum schola & eruditio, continentiũ magister, qui omnem ætatẽ, & sexum, Chrysostomus.

quasi diademate quodã ornat. Ha ctenus ille Hom. 1. in Gene. cap. 1. Mentem igitur ita compescamus, ne quid nociuum prodeat, quod si forte aliquid tale à foris illatum fu erit, id statim ut superfluũ & dam noſum amoueatur: non em̃ inedia usq; uesperã ad salutem nobis suffi cit tantum. Sic alibi idem sanctus uir Hom. 3. ad populum Antioche num: Absurdissimũ esset, inquit, cibis & concessa abstinere esca per ieiuniũ, oculorũ uerò prohibitam tangere. Non comedis carnem? neq; lasciuiam per oculos haurias, ieiunet et auris.

Gregorius. Sic ab antiquo tẽpore & priscis sæculis, constituta est à beato Gregorio primo, Anno. 605. lacticinio rũ in Quadragesima prohibitio. Qui ad Augustinum Anglorum Epi-

Episcopum (ut recitat author libri Decretorum, distinctione quarta, cap. denique) scribens, prorumpit. Parest autẽ ut nos, qui his diebus à cibus abstinemus, ab omnibus quoque quæ sementinam trahunt originẽ carnis, ieiunemus, à lacte uidelicet, caseo & ouis. Hęc ibi.

Lacticinio rum prohibitio.

Quidam putant (refert Eusebius Emissenus) uni tantum die obseruari debere ieiunium, alij duobus, alij uerò pluribus, nõnulli etiã quadraginta, nõ tamen hæc ieiunij dissonantia, fidei obseruãtiam rupit, inquit Eusebius Histori. Eccle sia, lib. 5. cap. 24.

Eusebius.

Ieiunium Angelorum uita est, qui illo utitur, in Angelorũ ordine est. Hactenus ille de uirginitate.

Athanasi9

Bernhard9 Vtilis est homini potus & esca breuis, inquit D. Bernhar. in lib. de improbatione uitiorum cap. 7.

Augustin9 Et rursus Augustinus Casulano Epistola 86. scribit: Quòd me consulis, utrum liceat sabbato ieiunare: Respondeo: Si nullo modo liceret, profecto quadraginta dies cõtinuos nec Moyses, nec Helias, nec ipse dominus ieiunasset. Nã sicut deficit ignis detractis lignis, ita luxuria cessantibus superfluis alimentis, ut in Prouerb. 22. ca. Cum defecerint ligna extinguetur.

Ieiunia 4. temporũ. Hinc bonis auibus persuasa Ecclesia celebrat cũ tripudio ieiunia 4. temporum, uidelicet in Martio, Maio, Septembri, Decẽbri: quasi pro primitijs totius tẽporis. Iudæi enim in calendis cuiuslibet mensis ieiu-

ximabant quasi pro primitijs, sed
ne videamur Iudaizare, partimur
dies duodecim, in quatuor por-
tiones, & solumus pro primitijs,
sicut Quadragesimam ieiunamus
pro. parte totius tēporis: unde ie-
iunū celebramus in Vere, ut sicut
in omnia uirēt (sunt enim calida
& humida secūdum Auicennam)
ita in nobis uireāt uirtutum opera.
Vnde Isidorus 6. Etym. inquit:
Quod autem Christus passus fue-
rit in Vere, patet per Augustinum
4. de ciui. Dei, cap. 55. quum ait:
Mortuus est Christus 8. Kalend.
Aprilis. Sicut em̄ in Vere pullulāt
& germināt arbores, ita etiam in-
surgūt motus carnales, inualescūt
inquā, ad quos reprimēdos institu
endum fuit ieiunium, et est concu-
piscentiæ repressio. Ieiunamus in
estate ut simus feruentes in chari-

tate. Ieiunamus in Autumno, ut in nobis proueniat fructus bonorum operum: Ieiunamus etiam in Hyeme, ut sicut tunc defluunt folia ab arboribus, & moriuntur herbæ prauæ: ita in nobis moriantur uitia.

Sabbati ieiunium.

Sabbati ieiuniũ inde originem sumpsisse dicunt, quod D. Petrus, quũ in Dominicũ diem congressurus esset cũ Simone Mago, sabbato præcedenti ieiunarit, hoc tandẽ Rhomana Ecclesia imitata est, & hãc aliæ quædam sequutæ. Quod uero Dominico die ieiunãdum nõ sit, docet Augustinus factum, et institutũ contra impium dogma Manichęi, qui dominicum diem suis sectatoribus ieiunandum pręscripserit. Hæc D. Augusti. Epist. 86. ad Casulanum nõ ita longe à fine.

Quare Dominico die nõ sit indictum ieiunium.

Et

Etidem in eadem epistola: Cur autē quarta et sexta die in hebdomada, maxime ieiunet Ecclesia: illa ratio reddi uidetur, quod cōsiderato Euangelio, ipsa quarta sabbati, quam uulgariter quartam feriam uocant, cōsilium reperiuntur ad occidendum Dominum fecisse Iudæi. Sexta autem ieiunatur, quia in ipsa Christus passus est. Sequitur sabbatū, quo die caro Christi in monumento requieuit Deus ab omnibus operibus suis. Hæc Augustinus.

Contra quosdam ieiunātes.

Atinterim non credendū Christum hisce delectari ieiuniis, quibus nonnulli hypocritæ illum certis diebus honorāt, in hoc tantum ieiunātes, à carnibus cœnaq; abstinentes ut postridie copiosius inebrientur, id quod uulgus absolutū

ieiunium existimat. De his Augu-
stinus in quodam sermone de glo-
riosa anastasi, inquit: Sunt quidam
obseruatores Quadragesimæ de-
litiosi potius q̃ religiosi, exquirẽtes
nouas magis suauitates quàm ue-
teres cõcupiscentias castigantes, &
ubi tempus refectionis aduenerit,
optimis mensis quasi pecora prese-
pibus irruunt, uentresq; distendũt
artificiosis & peregrinis cõdimen-
torum diuersitatibus, tantum capi-
unt manducando, quantum dige-
rere non sufficiũt ieiunando. Quid
incõueniẽtius quàm diebus humi-
litatis quãdo paruus gustus inuitã
dus est, ita uiuere ut si toto tẽpore
sic uiuatur, uix possint patrimonia
Hiere. 51. diuitũ sustinere. Talis fuit Sesach,
quæ comprehensa est et capta, &c̃.
Sed ille ieiunat uerè, qui simul et af
fectibus aliquid adimit, ut minus

per-

permittat iræ, quàm ſoleat, minus ſuperbie, minus cupiditati, & patiẽter ferti ſi quid aduerſi inciderit. Vnde ieiunia noſtra quædã mansiones ſunt, per quæ iter ſpirituali-ter ambulantes, animæ uirtutibus ambulamus, & diurno profectu re promiſſæ nobis terrę uiciniores efficimur, ita ut citius perueniat qui deuotius ieiunarit.

IOVINIANISTAE,
AERIANI,
VVALDENSES,
IOANNES HVS cum Aſceclis,
VALENTINIANI,

Inſultant factioſi ieiunijs.

Dixerunt omni tempore carnes libere comedendas, ſtata Eccleſię ieiunia negarunt, ſed permittẽte Domino proſtrati ſunt.

Gentiles sobrietati studuerunt.

At quid senserint de abstinentia macra miseri Gentiles, paucis pensum absoluam, σαρκοφάγοις in confusionem.

Memorabilis mos Nabathæorũ.

Nabathęi populi felicis Arabiæ, quemadmodum apud eximiæ authoritatis scriptores legitur (Pli. li. 6.) pœna publica castigarunt asotos & prodigos, qui per socordiam & uitæ luxum patrimoniũ ac substantiam decoxissent, contra qui solerti industria & temperantia rem ac substantiã auxissent, illis honores amplissimos decreuerunt.

Epicurus.

Epicurus impurus, summus uoluptatis assertor, uoluptatem summum bonũ esse uoluit. Contra sobrij & modesti Antisthenis Socratici sententiam, qui summum malum existimauit, & rectè, testatur

Boë-

Boëtius in sua consolatione philosophica libr. 3. Pro. 2. Et idem in eodẽ citato loco: Sed ad hominũ, inquit, studia reuertor, quorũ animus etsi caligante memoria, tamẽ summum bonum repetit, sed uelut ebrius, domum quo tramite reuertatur ignorat.

Hæc ceu per nebulam Epictetus Stoicus usurpabat frequentissimè duobus uerbis ἀνέχου καὶ ἀπέχου, quorum alterum uult ut aduersa fortiter toleremus. Altero uerò monemur ut ab illicitis temperemus uoluptatibus: ita enim fiet, ut nec aduersis deijciamur, nec prosperis corrumpamur. Philosophus Herclè admirabilis ingenij, qui in penuestigādis naturæ mysterijs incredibili solertia præditus fuit. Epictetus.

Pa-

Ieiunium Turcarũ.

Pagani Turcæ Sarmatiã utrãq; incolentes, in quolibet anno mensem integrum & hebdomadã strictissimè ieiunant, interdiu, nec comedentes nec bibẽtes quicquam, testatur Bartholomæus Giurgieuits Hungarus. Eadem confirmat Ioannes Bohemus lib. 2. cap. 11. Et idem Aubanus prædicto libro capite 10. de ieiunijs Armenorum, ita strictè ieiunasse eos refert à Septuagesima incipientes, ut nec in quartis sextisq; ferijs, uino, oleo aut piscibus usi sint. Hæc omnia memini me ante decenniũ, Colmariæ (dulcissima patria est, munifica nutrix multorum egregiorum uirorum, in quorum numero emicuit hactenus clarissimus uir Mathias Guntzerus, in cuius nutu uota totius patrię sunt posita. Et cũ illo iurisconsultorum consultissimus D. Vuendeli-

Colmaria.

delinus Zipperus, uiri sanè & Mecænates omnium humanissimi, & singulari uirtute præeminentes, cæteros interim πολυίστορας insignes collegas laude sua minimè defraudo) sufficientissimè audiuisse à nobili & clarissimo uiro Henrico Lougas, qui cũ Armenis & Europeis Turcis ex euẽtu belli per aliquod tempus hæsit.

Hinc emersit egregia sententia Hermetis seu Trismegisti Aegyptiaci philosophi clarissimi. Caue, inquit, à societate malorum, inuidorum, dissolutorum, lusorum, detrahentium, irascentiũ et ebriosorum. Vnde Periander, πάσης ἀπεχόμενος. Hermes.

Iosephus lib. 2. de bello Iudaico, & in 13. et 18. antiquitatum, tres describit sectas Iudæorũ, Pharisæos, Esseni.

Sadducæos, Essenos, quorum nouissimos fert ad cœlum laudibus, propterea quòd ab uxoribus, & uino, & ut Hiero. uult carnibus semper abstinuerint.

Pyttacus. Pyttacus Asianus Myteleneus, uidens copiam uini in insula Mytilenensiũ (uinifera est testante Mela et Strabone) crescere, uolẽs ebrietati hominũ pręcauere, lege publica statuit, ut peccans ebrius dupliciter puniretur, dicebat autem uinum esse bonum & malũ, malum quidem ex crapula, bonum ex natura. Claruit hic tempore Ioachim regis Iudæ, testatur Laërtius.

Aristippus Iactanti cuidam, quòd multum biberet, nec inebriaretur, Quid, dixit Aristippus, magni narras, quũ idem faciat mulus?

Stra-

Stratonicus Citharædus natione Athenienſis, quum Rhodi ageret, taxans eius gentis luxum deliciasq́, dicebat illos ędificare perinde quaſi eſſent immortales, obſonare quaſi breue tempus uicturos. Stratonicus Citharædus

Et Horatius in Epiſtolis temperantiam inculcans, ſic canit: Horatius.

Forte per anguſtã tenuis uulpecula rimam
Repſerat in cumerã frumẽti, paſtaq́; rurſus
Ire foras pleno tendebat pectore fruſtra.
Cui muſtela, peul, ſi uis ait effugere iſthinc,
Macra cauũ repetas artũ quẽ macra ſubiſti.

Sic Ouidius: Nox & amor uinumq́ nihil moderabile ſuadent. Ouidius.
Etidẽ in ſecundo de remed. amor. canit:

Vina parant animũ Veneri ſi plurima ſumas,
Atq́ ſtupent multo corda ſepulta mero.

Et ergo:

Sperne uoluptates, nocet empta dolore uoluptas.

Comicus. Friget Venus, inquit Comicus, sine Cerere & Baccho. Sicut enim cibus immoderatè sumptus deterstandam suscitat Venerem. Sic moderatus purissimam tutetur castitatem.

Pythagor. Mensuram omnibus optimam esse testatur Pythagoras, dicens: μίτρον δ'ἔδει πᾶσιν ἄριστον. Et idem Pythagoras: Oportet, inquit, fugare omni modo et excidere morbum à corpore, insciti am ab animo, uoluptatem à uentre, seditionem à ciuitate, dissensionem à domo, & communiter à cunctis rebus intemperantiam. Hęc ille. Debemus igitur in sumendis cibis esse puri, atq; abstinentes, sic etiam Philosophi Pythagorici, mensam sacram atq; sobriam seruarũt, uitam in omni temperantia protrahebant.

Scri-

Scribit Dicæarchus in libris antiquitatum, & cum eo Asclepiades Cyprius, ætate qua Pygmaleon in Oriente regnauit, comedendarum carnium usum non fuisse. Dicæarchus. Asclepiades.

Socrates primus Ethices inuentor, Archilai discipulus Magister Platonis, de quo Isido. 2. lib. Etym̃. & Tulli. in libris Tuscula. questio. Hic Atheniensis Philosophus tãtę temperantię fuisse perhibetur, ut ferè per omnia uitę suę tempora ualitudine inoffensa uixerit. Docuit idem Socrates, multos in hoc uiuere (ut alibi ostendimus) ut ederẽt biberentq́ꝫ, se contra ob id edere, ac bibere ut uiueret, quòd his rebus non ad uoluptatem, sed ad naturæ necessitatem uteretur. Hanc sentẽtiam retulit Satyricus: Socrates.

Nõ uiuas ut edas, sed edas ut uiuere possis.

sicut enim in nauibus sentinæ plenis onus detrahitur. Ita corporibus subducendus cibus ac potus. Et qui corpus ad crapulã trahit, quasi putrem, ac laceram nauem deducit in mare.

Archidamus.

Archidamo scilicet Zeuxidami filio quidam pollicebatur uinum suaue, quorsum, inquit, opus? quã doquidem & plus absumetur, & quæ fortes decet uiros ea reddent inutiliora. O uerè masculinum animum, & omnium delitiarum contemptorem.

Lacedemonij.

Veteres Lacedemonij, homines quosdam agrestes, qui Heloţe dicebantur festiuis interim solennibusq; diebus quàm maxime ad potum crapulamq; incitare solebant,

atq;

atq; ita deinde uino ciboq; obru-
tos im̃ittere in conuiuia iuuenum,
ut ij, conspecta turpitudine ebrio-
rum, temulentiam, ut rem maxime
deformem, omnibus modis fuge-
rent ac cauerent. Hactenus Plutar
chus in uita Demetrij.

Sic Bragmani nullos ad ipsorũ admittebant collegium, nisi absti-nentes à uino, & carnibus, & uitijs: dicentes neminem posse Deum in-telligere, nisi qui illam diuina con-uersatione ęmularetur: quod et ã inferiores Indos apud Philostratũ docuit Phraotes. Bragmani.

Xenocrates Philosophus ex Triptolemi legibus, apud Athenienses, tria duntaxat præcepta in templo Cereris Eleusinæ, remansisse scribit, Honorãdos parentes. Xenocrates.

uenerandos Deos, carnibus non ueſcendum.

Spartani. Quamobrem Spartana ciuitas, teſte Valer. Max. ſeueriſſimis legibus Lycurgi obtemperans, aliquãdiu ciuium ſuorum oculos à contemplanda Aſia (quæ haud parua luxuriæ inuitamenta reperit, qui etiam tam bibaces atq; intemperãtes ſemper extitere, ut ipſum nomẽ eorum in heluonum ac gulonum tranſierit cognomentum) retraxit, ne illecebris eius capti, ad deliciatius uitæ genus prolaberentur: utpote qui audierat lautitiam, inde etiam immodicos ſumptus, et omnia non neceſſaria uoluptatis genera fluxiſſe. Quapropter ſacerdotes Athenienſium qui græce Hierophantæ appellantur (ut refert Hiero.) quo caſtius in ſacris agerent, con-

Hierophantæ.

consueuerunt sorbitione cicutæ se ipsos castrare. Hoc si fecit gentium superstitiosa religio, quanto magis æquũ est, ut nos qui colimus agros melioris annonę feraces, etiam hijs studeamus?

Ebrius (inquit Plato de legibus lib. 1.) cuiusuis rei gubernator euertit omnia, siue naues, sine currus, siue exercitus, seu quicquid ab eo regitur. Et idem lib. 6. Ebrius quouis trahit & trahitur, Plato.

Sic Valerius Max. li. 2. cap. 1. qui tempore diui Octauiani claruit, mulierculis Rhomanorũ uina interdicta fuisse approbat. Est enim Ebrietatis comes obliuio, inquit Macrobius in som. Scipio. lib. 1. cap. 12. Obliuio.

Plato. Plato quem & Tullius Philoso phorũ Deũ nominat, de ultimo eñ hominis fine, & de natura diuina melius cæteris ſenſit, atteſtante di uo Auguſtino, dixit: Eſcã malorũ eſſe uoluptatem, eò ſcilicet quòd ea capiuntur homines ſicut hamo pi ſces.

Sed iam à diuerticulo reuocan dus pes, et ad inſtitutę materiæ pen ſum redeundum, non autem erunt hæc minime parerga, ingrata lecto ribus, delicatis præſertim, etenim VARIETAS illa ſatietatis mater eſt faſtidĳ expultrix, inuitatrixq; le ctionis. Nam ſicut oculi diuerſarũ aſpectu rerum magis detinẽtur, ita ſemper animus circumſpectat, in quod ſe uelut nouũ intendat, cui ſi cuncta ſui ſimilia occurrãt undiq; tedio protinꝰ auertitur, unde Quin

tilia⁹

tia. Ars porrò, inquit, uariandi, cũ gratiam præbet, ac renouat aures, tum dicentem ipsum laboris mutationem reficit. Varietas.

Est autem ieiunium à peccatis & ab ijs quę ad peccatũ prouocant abstinẽtia, qua mortificatur carnis ferocia, & confortatur spiritus, inquit Augustinus contra Faustum lib. 20. capite 5. Ieiunare ergo nihil aliud est, nisi facto, uerbo & mente à uitijs abstinere, cuius finis est macies, sed uerè uerè finem habet, sanitatem scilicet. Et ualet ciborum delectus ad domandam corporis lasciuiam, ne ferociat aduersus spiritum, cibus enim subtractus minuit corporis lasciuiam, è contra epulæ fomenta sunt uitiorum. Conducit etiam ad placandã iram diuinam, nostris facinoribus seu sceleribus, Ieiunium quid. Ieiunare quid.

prouocatam. Et ſicut ieiunium, ut diuꝰ Aureliꝰ Auguſtini fert ſentẽtia mentem purgat, ſubleuat ſpiritum, carnem ſpiritui ſubiicit, cor reddit contritum & humiliatum, concupiſcentiæ nebulas diſpergit, Pſalm. 50. Libidinum ardores extinguit, caſtitatis uerò lumẽ accendit. Dæmonia expellit, dicente Domino: Hoc Marc. 9. genus dæmoniꝰ in nullo poteſt exire et eiici niſi in oratione et ieiunio: Pueros etiam cuſtodit, grauem ſapientem iuuenem reddit: ſenem ornat, conſert & gratiam cõtra omnia mala & aduerſa. Sic è diuerſo GVLA, cuius comes obliuio, (quemadmodũ Philoſophaſter ille ebrioſus ex Decreto Platonico prædicabat Gelli. lib. cap. 15.) libidines inflammat, concupiſcentiam carnis nutrit, legibus mentis repugnat.

Cæ-

Cęterum de uero ieiunio quale esse debeat clarè exprimit Augustin. Hippon. ser. 56. de Tempo. de falso autem & hypocritico consule D. Chrysost. Hom. 15. in cap. 6. Matt.

Antiquorũ ieiuniũ uerum.

Erat autem antiquioribus uerum ieiunium nihil aliud quàm temperans uita abstinẽtiaq; perpetua ab omnibus ijs quæ animum auocabãt à mentis sobrietate. Huius meminit Origenes, cum inquit: Vis ostendam quale te oporteat ieiuna re ieiunium? Ieiuna ab omni peccato, nullum cibum sumas malitiæ, nullas capias epulas uoluptatis, nullo uino luxurię concalescas, ieiuna à malis actibus, abstine à malis sermonibus, contine te à cogitationibus pessimis, noli contingere panes furtiuos peruersæ doctrinæ, non concupiscas fallaces philosophiæ cibos, qui te à ueritate sedu-

Origenes.

Nota.

cant, tale ieiunium Deo placet, &c.

Ieiunium in castris Ottonis.

Ieiunium quando in castris prædicauit Otto imperator, deuicit infideles Vngaros apud Augustam, Anno Domini 955.

Et sicut pisces natat in fluuijs & moritur in sicco, sic Satan delectatur in aquis delitiarum, & moritur in sicco abstinentiæ, amittens uires suæ potẽtiæ. Et sicut aqua bulliens

Marc. 9.

expellit, sic oratio feruens cum ieiunio diabolum canem rabidum qui animæ perniciem summis uiribus

Albertus.

cupit demoliri, retardat. Hinc Albertus ille, uir magnæ eruditionis Germanus in tracta. de uirtutibus politicis naturaliter disputans, inquit: Sputum hominis ieiuni est uenenum serpentinum, sed non sic de sputo hominis pleni, ex quo epilo-

gizat,

gizat, ut opinantur Doctiores, diabolum serpentem antiquum timere hominem ieiunantem non autem crapulantem.

In decoctores crapulosos.

Exorti autem sunt quidam nostris temporibus ferè nouissimis, de nouo genere ἄθεοι hactenus dicti, qui liberè absq; ulla discretione impunè omnia deglutienda esse futiliter garriunt, quos tanq; καθάρματα et pestes humani generis tollendos esse censeo. Canes hŋ à Prophetis appellantur, dicente Esaia cap. 56. Canes impudentissimi nescierunt saturitatem. Quorũ gula detestanda certè, quia dissipat bona animę, videlicet intellectum et alias potentias, unde Isido. lib. 1. de sum. bo. Popularũ saturitas nimia, aciem mentis obtundit, ingeniumq; euertere conatur, Et Seneca ad Lucillum

Epiſto. 15. Per copiam ciborum in-
genij ſubtilitas impeditur. Hij, cra-
pulosi ſcilicet, turbantur & mouen
tur ſicut ebrius & omnis ſapientia
eorũ deuoratur Pſal. 106. Qui cum
filijs Heli (ut infra dicetur) carnes
de cacabo rapiunt, 1. Reg. 2. Cum
Eſau pro edulio lentis primogeni-
ta ſua uendunt, Geneſeos 25. Cum
Iſraëlitis iurulentias Aegypti con-
cupiſcunt, & ergo in deſerto inte-
reunt, & ad terram promiſſionis
tranſire nõ poſſunt, Exod. 16. Qui-
bus loquitur Dominus per Pro-
phetam Amos 6. ca. Væ uobis qui
opulenti eſtis in Sion, & confiditis
in montem Samariæ, optimates, ca
pita populorum, ingrediẽtes pom-
Ezech. 16. patice domũ Iſraël. Et in Ezechie-
le: Ecce, hæc fuit iniq[uitas] Sodo-
mæ, ſuperbia, ſaturitas panis, & a-
bundantia, et ocium ipſius.

Vidit

Vidit mulier Heua quòd bonũ esset lignum ad uescendum & pulchrum oculis, aspectuq; delectabile, tulit de fructu illius & comedit, deditq; uiro suo. Gula ergo delectationem non necessitatem quærit, unde scriptura alio in loco: Anima saturata calcabit fauum, id est, spiritum sanctum. Genes. 3. Prouer. 27.

Comedunt panẽ impietatis, inquit Solomon (id est iniquè acquisitum, & sunt usurarij, fures, raptores, de quibus Micheas propheta: Comederunt, inquit, carnem populi mei et pellem eorum desuper excoriauerunt) & uinum bibunt iniquitatis, sunt hij qui carnalem appetitum induunt. Sedit populus manducare & bibere, et surrexerũt ludere. Et alio in loco eadem scriptura, uidelicet Gene. 21. Fornica- Prouer. 4. Mich. 3. Exod. 32.

tio, uiuum et ebrietas auferunt cor.
Exod. 16. Et rursus: Murmurauit Israël contra Deum, Moysen & Aharon, dicens: Vtinam mortui essemus in Aegypto quando sedebamus super ollas carniũ, & comedebamus panem in saturitate? Ecce crapulæ dæmonum uehicula.

Est igitur ex uilissimis uitanda satietas. Nihil enim, ut inquit D. Hieron. aduersus Iouinianum lib. 2. ita obruit animũ, ut plenus uenter, & exęstuãs, & huc, illucq; se uertens, & in ructus uel crepitus uentorum efflatione respirans. Quale illud ieiuniũ est, aut qualis illa refectio post ieiuniũ, cum pridianis epulis distẽdimur, & guttur nostrũ mediatorium efficitur latrinarum, dumq; uolumus prolixioris inedię famam querere, tantum uoramus, quan-

quantum uix alterius diei nox digerat. Itaq; non tam ieiuniũ appellandum est, quàm crapula, ac fœtus, & molesta digestio.

De gulosis loquitur Iob dicens: Panis eius in utero eius uertetur in fel aspidũ, seu in amaritudinẽ, uenenum, quia erit sibi causa mortis æternæ, diuitias quas deuorauit euomet. Vnde in Prouerbi. cap. 20. inquit: Suauis est homini panis mendacij, & postea implebitur os eius calculo, pœna scilicet dura. De hoc genere hominum Psalmista: Et manducauerunt & saturati sunt nimis. Adhuc escę erãt in ore ipsorum, & ira Dei ascendit super eos, offendit ergo diuinam maiestatem gula, unde quiq; grauiter puniti sunt. EXEMPLVM EST: Iob 20. Psal. 77.

Esau

Esau. Esau pro lenticula uendidit primogenita, Gene. 25. Quem textum declarat Paulus, cum ait: Ne quis fornicator aut prophanus ut Esau sit. Hebræ. 12. Cæterũ quando casu incidimus, de primogenitura paucula producam, etiamsi sint parẽga. Consistit autem IVS PRIMOGENITVRAE. In uestis speciali qua induebatur primogenitus in sacrificijs offerendis. In finali benedictione patris. In benedictione qua in solennitatibus & conuiuijs benedicebat: Præterea duplam portionem recipiebat in ferculis & in diuisione hæreditatis, dominabatur etiam cæteris. Et durauerunt Primogenita illa usq; ad Aharon, quando cesserunt Domino. Sic dicitur Christus primogenitus Patris, Hebr. 1. Primogenitus matris, Matt. 1. Primogenitus omnis

Ius Primogenituræ.

nis creaturę, Eccles. 24. Ego ex ore altissimi prodij. Primogenitus ex mortuis, Colloss. 1. Qui est principiū primogenitus ex mortuis, &c. Ista quidem non propriè pertinent ad nostrum institutum, ideoq; non immorabor amplius, &c.

Holophernem Assyriorum ducem, qui uiris armisq; tam potens fuit, ut quocunq; se uerteret urbibus, prouincijs, regnis terror esset, epulis uinoq; grauem unius fœminæ manus interemit, & quem uincere externorū uires non poterant, crapula uictus tā ignominiosa nece perijt. Et profectò non hominū, sed pecudum uita est, habere incertā comedendi tempora, passimq; pasci, quasi qui satiētur nunquam, edaciores idolo Bel, bibaciores esq; existant. Sic Hela Samariæ rex, Holophernes. Iudith 13. Daniel. 14. Hela.

3. Reg. 16. cum uino se ingurgitasset, Zambri serui insidias cauere prorsus non potuit. Pœnitere igitur non uolentibus recte minatur per Hieremiam Dominus, dicens: Bibite & inebriamini, & uomite, & cadite, neq; surgatis à facie gladij, quem ego mittam inter uos. Vnde etiam in Prouerbiorum libro cap. 20. Tumultuosa est ebrietas, & luxuriosa res uinum. Superfluas igitur epulas aspernabimur, si mente uersabimus eodem pastu quo nos impinguamur uermes quoq; pascere & impinguare, quoniam ipsis saginatis nobis pinguiorem lautio remq; mensam in sepulchro sunt habituri.

Loth. Ascendit Loth de Segor, & mansit in monte, duæ quoq; filiæ eius cũ eo, dixitq; maior ad minorem,

Vino

Vino inebriemus eũ dormiamusq; cum eo, & ingressa maior, dormiuit cum patre. Huius meminit Esaias cap. 28. Verum hij quoq; præuino nescierunt, & pręebrietate errauerunt. Et Iob cap. 40. Nerui testiculorũ eius perplexi sunt. Ecce duæ filiæ Loth generant Moab & Ammon, id est, superbiam et luxuriã, quia partus sequitur uentrem, unde superbia generat superbiam, luxuria luxuriam, hinc Ezechiel cap. 16. Talis filia qualis mater. De quibus filiabus Neemias propheta: Vidi, inquit, Iudæos ducentes uxores Asotidas & Moabitidas & Ammonitidas, quorũ filij loquebantur Azoticè, & nesciebant loqui Iudaicè. Et alibi scriptura: Ammonites et Moabites post 10. generationem, non intrabunt ecclesiam Domini in æternum.

Genese. 19.

Neem. ulti.

Deuter. 23.

Balthazar. Balthaſar temulentus in conuiuio aſportari fecit uaſa aurea, quæ pater Nabuchednezer, uel ſecundum Ptolomæum Nabopollaſſar, abſtulerat ex templo Hieruſalem, & bibens ex carcheſijs abundantius, uidit manum ſcribentem in pariete, Mane, thetel, Phares. Erat enim facies eius denigrata ſuper carbones, Treno. 3. cap. &c̄.

Quòd ſi non ſufficiunt σαρκοφάγοις exempla iamiam è ſcripturę penu deprompta, audiamus rurſus miſeros gentiles.

Cheremō. Cherimon Stoicus de uita antiquorum Aegypti ſacerdotum ſcribens, narrat eos ex eo tempore quo cœpiſſent diuino cultui (ſic putarunt) deſeruire, carnibus & uino ſe abſtinuiſſe.

Eubo-

Eubolus Mithridatem descri- Eubolus.
bens, narrat tria genera magorum
apud Persas. Quorum primi, qui
sunt doctissimi & eloquentissimi
excepta farina et olere nihil ampli-
us sumpserũt. Huius etiã meminit
Apuleius lib. 11. Qui uolebant, in-
itiari, sacris Isidis initiari, illis ieiuni Sacerdotes Isidis.
in decem dierum indicebatur.

Euripedes in Creta (hac insula Euripedes.
nulla magis sub cœlo celebrata, cẽ-
tem oppida habebat, ideoq; ab Ho Creta.
mero ἑκατόμπολις dicta hodie Can-
dia) Iouis sacrificos non solum à
canibus, sed etiam à coctis cibis ab
sinuisse refert, ne gula impediret.
Eidem in Bacchis. οἴνου δὲ μηκέτ'
ἄνευ ὀκέσιν κύπρις quod est, ab-
sente Baccho & spurca Venus ab-
sit, hec ille. Et certe nisi frenare-
mus impetus, & cum ratione mode

raretur appetitus, inter nos & be-
luas, ut supra diximus nihil interes-
set. Sentiunt enim illæ quæ dulcia
sunt & quæ amara testante Philo-
sopho, Doloribusq; atq; uoluptati-
bus inuoluũtur. At in nobis consi-
lium, temeritati præficitur: Sobrie-
tas, intemperãtiæ: iñocentia, mali-
ciæ: & omnis ratio sceleribus cun-
ctis.

Alexander Macedo. Legimus de Alexãdro Macedo
ne in tripar. hist. cũ in loco arido cũ
exercitu situ æstuaret, aquã sibi de-
latam effudit in terram, ut hoc ex-
emplo alios ad sitis tolerãtiam ani-
maret.

Iasparus Scheit. Quę omnia D. Casparus Scheit
Vormaciensis (præstans animi tu-
enis, et collega intimus. Qui reme
ans ex Italia uersus Germaniam in
illu-

illustrium Marchionū Badensium opido Baden mecum perdiu uersatus satis familiariter. Anno 1550.) complexus est his carminibus:

Quòm ētē traxisse polo, quid iuuerit altū
Erexisse caput, pecudum si more feramur.
Obijciūt oculis glaucomata dēsa, loquelā.
Prædudunt cessat tunc rationis apex.
Audaces faciunt mendaces, & furiosos
Hausta sub æquali pocula lege uiros.
Quisic dementes mentis secreta reludunt.
Et causam præbent sæpius exitio.

Iuuentæ uitiosa pocula.

Attila filius Mundzucci, prosusa exercens conuiuia, dū tantum inni, quātum antea nunq̄ in semel bibisset, (coniūxerat enim sibi speciosam puellā Ildico nomine) dormiensq̄ supinus iaceret, nimia sanguinis eruptione qui ei de naribus effluere solebat, suffocatus est.

Attila suffocatur ex liberali uini potione.

Homo quidā habuit duos filios, & dixit adolescentior patri, Da

Luc. 15. mihi portionẽ ſubſtantiæ, quæ me contingit, qui peregrè profectus in regionem longinquam diſſipauit ſubſtantiam ſuam, uiuẽdo luxurio ſe in crapula, tandem ſera pœnitentia, urgente neceſſitate, ductus
Nabal. eſt. Sic etiam erat cor Nabal iocundum, erat enim ebrius nimis, cunq; pertranſiſſet dies 10. percuſſit Dominus Nabal & mortuus eſt, 1. Regum 25.

Gene. 3. Et ſicut in prima cauſa humanę miſeriæ fuit crapula ſeu manducatio, ſic etiam prima cauſa primæ ſeruitutis fuit potatio. Adam come-
Adam. dit, & tota poſteritas eius cogitur ieiunare & eſurire, & huiuſmodi
Noë. miſerijs ſubiacere. Noë bibit uinũ, & maledicitur Chanaan nepos & ſeruituti mãcipatur Gene. 9. Exem
Adonias. plum eſt Adonias, 3. Reg. 1. immolauit

lauit arietes, & fecit conuiuium à Solomone occisus est. Aman, ut in libro Hester habetur cap. 7. manducauit cum Rege & Regina, et suspensus est. Absalon, 2. Reg. 13. præparans conuiuium interfecit fratrem. Filij Iob conuiuantes, Iob 1. mortui sunt. Ionathas, 1. Reg. 14. mortis sententiam meruit, eò quod in gustu constitutum tempus eden di antecesserit. Populus Israël ex Aegypto ductus, in heremo seu solitudine occubuit, quia despecto Manna (Numeri 11. cap.) petiuit carnes, quas lautiores existimauit. Filiorum Heli prima culpa fuit, 1. Reg. 2. quòd ex uoto eorum sacerdotis puer non de more uellet coctas carnes de sacrificio accipere, sed coquendas querebat, quas accuratius exhiberet, inquit Theophilactus.

Aman.

Absalon.

Iob filij.

Ionathas.

Israël.

Filij Heli.

At ut Veterum mores omittamus, quæ ętas unquam maiore aut cura aut luxu gulæ indulsit, quàm nostra? Palata enim causa totum percurrimus ęquor, et ut ait D. Hieron. ad Ne. Propter breuẽ gulę uoluptatem, terram lustramus et maria, & ut mulsum uinũ pretiosusq; cibus fauces nostras transeat, totius uitæ opera desudamus. Iuuenalis:

Interea gustus elemẽta per omnia quærũt.

Verius uero igitur est quod dictabat Socrates, multos propterea uelle uiuere, ut ederent et biberent: Se autem bibere atque Esse, ut uiueret.

Olim Veteres summa abstinentia ieiunabant, nunc uerò hodierni Elimassitæ, non absq; magno rei-

pub/

publi. detrimento omnia deuorãt, absumentes & sua patrimonia, & aliena, omnem confusionem induentes. Qui, inquam, insistunt uestigijs Sardanapali (erat filius Anendaraffis ultimi regis Assyriorum) hic post suum obitum in sepulchro inscribi mandauit tale Epigramma,

Ede, bibe, lude. Sardanapalus.

Cum te mortalẽ noris, præsentibus exple
Deitijs animũ, post mortẽ nulla uoluptas.
Nãq; ego sum puluis, qui nup tãta tenebã
Hæc habeo quę edi, quecp exaturata libido
Hausit, at illa manent multa & præclara relicta.
Hoc sapiẽs uitæ mortalibꝰ est documentũ.

Sed timeant illi decoctores qui ut Sardanapalus uiuũt, audire ex iusta Dei sentẽtia mortis preconem, &, ut dicit Horatius, Horribili tuba sonantem,

Lusisti satis, edisti satis atq; bibisti,
Tempus abire tibi est.

Timeãt item & uindices æternasq; flammas mundanarum uoluptatũ amatoribus debitas. Sed quemadmodum Polypi non extendunt sua flagella, nisi ad esculenta: sic hodierni crapulosi Pamphagi omnẽ felicitatem, cibo potuq; metiuntur.

Luc. 21. Attendite, inquit Dominus, ne grauentur corda uestra in crapulis
Beda. & in ebrietates. Vnde V. Beda, inquit, Si medicus uobis diceret, Attendite ne quis de succo illius herbæ auidius sumat, quia mox morietur, nõnne mortem uitaretis? Nũc iubet Saluator Custodiam animarum & corporum, & non curatis? maior insania esse non potest. Hęc ille. Verum de his dudum prędixit
Neemiæ 9. Dominus per Neemiam prophetam: Comederunt (inquit Dominus) & saturati sunt & indignati,

&

& prouocauerunt te. Abijciamus ergo, ut cum D. Paulo loquar, opera tenebrarum & induamur arma lucis, sic ut in die honestè ingrediamur uestigijs, non in comessationibus & ebrietatibus; non in cubilibus & impudicitijs, & carnis curã ne feceritis in desideriis. In quibus sanctus Dei uir tangit contentionem & æmulationem, cum gula, quorum morborum Superbia seu uanitas mater est. Roma. 13.

Manifesta autem sunt opera carnis, inquit Paulus, quæ sunt fornicatio, immundicia, luxuria, idolorũ seruitus, ebrietates, commessationes, & sequitur, Quoniam qui talia agunt, regnum Dei non consequentur, q. d. opera mala spiritus sunt occulta, sed opera carnis quasi grossa et uincula uidentur. Vnde Galat. 5.

Esaiæ 5. Esaias: Væ qui trahitis iniquitatẽ in funiculis iniquitatis.

Multis modis pulsat nos gula.

Redditur autem aliquis gulosus 5. modis, testante Gregorio lib. 20. moralium, & de consecra. dist. 5. c. Aliquando enim tempus indigentiæ præuenit gulosus: Interdũ lautiores cibos quærit: Nimis etiam accuratius quæ sumenda sunt parari appetit: Desiderium non refrenat: aut in his omnibus excedit; Hactenus Gregorius. Hinc diuus Chrysost. de sa. Si ieiunare non potes, sed nõ lasciuire non potes, non parum est hoc neq; multum à ieiunio distat. Non enim Demoni aliquid ita amicum est ut ebrietas & lasciuia, quia magis omnium morborum in rationalibus irrationabiliores sunt sufficiẽtiæ terminos excedẽtes. Asinus enim & equus terminum

minũ sufficiẽtiæ nouit, & quamuis cogatur nõ sustinet ultra bibere uel manducare, iumentis tuis caues ut non noceat eis superfluitas cibi uel potus, quare teipsum illis æstimas uiliorem? Et idem, Excessus ciborum cõsumit et putrescere facit corpus & macerat ægritudine diuturna, & tunc eum morte crudeli condemnat. De quibus omnibus Oseæ 13. Oseas: Adimpleti sunt et saturati, & leuauerunt cor suum, & obliti sunt mei,

Sed audi rursus simplices Gentiles, sic enim confunduntur peruersi, inquit Boëtius 2. de Consol. Boëtius:

Fœlix nimium prior ætas.
Contenta fidelibus aruis,
Necinerti perdita luxu,
Paculi quæ sera solebat,
Ieiunia soluere glande,
Nec Bacchica munera norat,
Liquido confundere melle.

Eadem cecinit Ouidius lib. 15. Metamorpho.

Ouidius. At uetus illa ætas cui fecimus aurea nomen
Fœtibus arboreis, & quas humus educit herbis
Fortunata fuit, nec polluit ora cruore,
Ergo nec pietas sic uicta cupidine uentris.

Seneca. Sic Seneca Cordubensis philosophus, Stratini Stoici discipulus, Neronis præceptor: Ebrietas seu crapula, inquit, nihil aliud est q̃ uoluntaria insania. Huius uiri grauissimi tempore (quẽ etiam propter egregias uirtutes D. Hiero. cathalogo supernorũ ciuium adscripsit) gloriosi Petrus et Paulus martyres Christum prædicarũt. Et idem Seneca ad Lucillũ Episto. 61. inquit: Ventri obedientes in animalium numero computantur, non hominum. Et Plato, in loco εἰς μέθην, inquit καλὸν τὸ νύφειν ἢ τὸ πόλλα κραι-

.1. de ebrietate.

πάλαν

[illegible], id est, Sobrij agas munus non heluonis. Eadem suasit idem Plato alio in loco temulentię dedi- tis, ut scilicet poti ad speculum sese contemplarentur, ita fore, ut ab eo uitio recederent, conspecta fœdi- tate. Plato

Et mellifluus ille Tullius ait cra- pulam esse uoluptatem dimouens animum à sede sua & statu, hec ille in Paradoxis. Et idē in libro de Se- nectu, inquit: Archita Tarentinus cum eius sermoni Plato Athenien sis interesset, nullam capitaliorem pestem quàm uoluptatē corporis dicebat hominibus à natura datā. Cunq; nihil mente prestabilius de- disset homini Deus, huic diuino muneri nihil tam inimicum esse quàm uoluptatē, ex hoc enim fon- te prodit quicquid est in hominum uita scelerum & calamitatum. Et Cicero.

idem Cicero ad Brutũ, inquit: Voluptatem summum bonũ esse, uocupecudum uidetur esse non hominum. Vnde Horatius:

Horatius. Nempe amarescunt epulæ sine fine potitæ.

Et idem.

Fœcundi calices quem nõ fecere disertum?

Crapulosi sunt loquaces. Crapulosos semper odio habuisse antiquiores, constat in edicto Pittaci, ut alibi diximus. Hoc nãq; uitium grande, & fomes peccati, loquacem reddit hominẽ, quod apparuit in Claudio Cæsari, qui temulentus aliquando, dixit sibi fatale esse ut coniugum flagitia ferret, deinde puniret, quę uox terrorẽ non mediocrem iniecit Agrippinę.

Hipocrates Hipocrates in suis Aphorismis, ait: Crassa & obesa corpora quæ crescendi mensuram impleuerunt nisi

nisi cito ablatione sanguinis mi-
nuantur in paralysim & pessima
morborum genera erumpunt.

Quòd autē gula absumat testa- Gula absu
tur illud tetrastichon. mit.

Iniodicus lædit, ceu dira cicuta Lyæus,
Non facit ad longā crapula multa diem.
Sint ignota licet magni patrimonia Crœsi,
Immensæ absumunt alta barathra gulæ.

Crapulam Albini reprehendūt Albinus.
historici graues, Hic enim quon-
dā quādo potiebatur rege in Gallia
centū Persica, denos pepones, quin
gentas ficus passurias, trecentes
ostreas, una cœna deuorauit. Secu
tus, decoctor, Milonem Crotonien Milo.
sem, qui 30. panes una cœna præ
reliquos cibos comedere solitus
erat. Sic Maximinus. 40. libras car Maximin⁹
nis una die comedit bibitq; uini
amphorā. Et Asiatici tam bibaces

atq; intemperãtes ſemper extitere, ut ipſum nomen eorum in helluonum tranſierit cognomentũ. Nõn-

Cleopatra.

ne Cleopatra illa luxurioſiſſima centies ſeſtertium, ut teſtis eſt Plinius in 9. hoc eſt, centies centenis ſeſtertijs, quę faciunt ducẽta quinquaginta milia aureorũ, iuxta Budeum de Aſſe, cœnata eſt, hauſto unione precioſiſſimo?

Ecce miſeri gentiles crapuloſos decoctores admirati ſunt, & nos Chriſtiani titulotenus tantũ (quod utinam audacius dicerẽ ac uerius) cur crapulã omnibus modis plan-

Nulla impietas gentilitia amplectenda.

tamus? Propterea autem huc appoſita ſunt illa, ut illorum tam ſobrietas quàm crapula, nobis informatio eſſet & frenum, iuxta illud: Felix quem faciunt aliena pericula cautum. Aliàs nulla impietas gentili-

dia sectanda est.

Est ergo gulæ deditus porco im mundo quàm homini similior, faci lis ad luxuriam, facilis ad blasphe miam, Deorumq; contumeliam, ut dicticè loquar, facilis ad secreta re uelanda, ad amicos prodendos, & omnia denicq; mala facienda, con tra ad nullã uirtutem paratus. Hęc ista autẽ ingurgitatio, prò dolor, & domi & foris & terra & mari & pace & bello & in ocio & negocio dominatur ac regnat, omnibus & singulis peculiaris est. Polysyn deton.

Habetur, inquit Macrobius in lib. Saturnalium, in pecudum fera rumq; numero quisquis uoluptatibus uacat. Epulę enim teste Sene ca ad Lucillum Epistо. 24. crudelitatem generant, debilitates neruorum ac corporum tremorem. Hu Macrobi9. Seneca.

Isocrates. ius rei extat Isocratis parẽnesis, qui ad Demonicũ & ad Nicoclem scribens, à potandi cõsuetudine maximè cauere iubet, quòd si unquam, inquit, tulerit tempus surge ante ebrietatem, quum enim mens fuerit à uino corrupta, patitur idem quod currus qui aurigas suos effuderũt, illi enim nullo ordine feruntur, aberrando sine rectore. Animus sic multum offendit subuersa ratione. Vnde quidam:

Meri rabies. Immoderata meri rabies, mala tristia morbi
Cõcitat, & nullis rebus discrimina ponit:
Inducit subitas mortes, & tristia fata:
Laxat corporeos nexus, præcordia soluit:
Polluit & sensus, caput &, geniumq; mo destum
Contaminat uinum, simul & crapulosa uoluptas.
Vina nocent capiti, faciũt et pectora cœca:
Ingeniũ frangunt nitidũ, mentesq; uiriles.
Ebrietas parit omne nephas, & dedecus ingens,
Et parit insanos homies, sine lege, modoq;
Qui uiuũt, sordesq; malas, luxusq; pcaces

Obseruãt, semperq; meri certamina uersãt.
Ebrietas Venerẽ stimulat, lũbosq; salaces
Incitat ad luxum, parit & petulãtia corda
Ebrietas, ratione carens, furiosa per orbem
Trãsuolat, & finẽ nullo discrimine ponit.
Ebrietas mores frangit, linguasq; loquaces
Efficit, & mentis secretum sæpe recludit.
Riodius nihil est, nihil est sceleratius illis,
Inguuies quorum uino insatiata, fatiscit.
Non Thomyris natus cecidisset, uictus ab ipso
Cyro, si tumidi uitasset pocula Bacchi.
Est modus in rebus, uini moderatior usus
Nil nocet, interdũ sensus conseruat acutos.
Qui sine lege bibit, magnas uacuando lagenas,
Sorbet, ad extremum pœnam experietur amaram.

Sed isto uitio facile carebimus, si eos imitamur quos Deus dilexit, pensemus illorum abstinentiam, illorũ quotidiana ieiunia, quosdam pane abstinuisse legimus, & maceratis aqua leguminibus uitã sustentasse, nihil coctum comedisse, alios herbis crudis radicibusq; contenꝰ

tos fuisse. Alios uerò per biduum, per triduum, per dies plures nihil degustasse. Cæterum non hoc dico ut cibis ac potu à Deo creatis nephas putẽ, sed ut eos qui carnibus etiam uinoq; uictitant ab ingluuie mortifera compescam.

Philoxenus. Gnato.

Philoxenus Eryxidis filius, & Gnato Siculus, gulę proceres, imò uerò extremi perditiq; gulones, cõ uiuijs adhibiti, emungere se in pultarijs soliti erant (testatur Hermolaus Barbarus) ut abstinentibus cęteris, soli epulis ampliter fruerẽtur. Ita hodierni gulosi sarcophági, sordidis erroribus ex intima fęce acceptis, fœdant ac contaminãt pia instituta, ut Catholicis mentibus & præclaris ingenijs inde à uero auersis, soli ipsi rerum potiãtur, ac citra æmulum regnent.

Demum (ne etiam hoc omittamus) ut ad ea quę à quibusdam gulosis proponuntur de congregando generali seu Oecumenico Concilio ad ea quæ in ieiunijs & alijs statutis Ecclesiasticis obseruandis minus rectè fiunt, corrigenda, breuibus respondeam. Ingenuè quidem fateor, complures esse prolapsiones à recta ieiunij obseruatione, sicut & in audiendis pœnitentium confessionibus et continẽtia sacerdotum, regularíq; uotorũ monasticorum disciplina, & cæteris institutis Ecclesiasticis, quæ à decoctoribus improbantur, & meritò. Ad quos lapsus castigãdos, atq; ad rectam emendandos limam, debent sedulo inuigilare (scriptum enim, Redde rationem uillicationis tuæ) Luc. 16.
prælides et prępositi Ecclesiæ, quisque in gregis sibi commissi territo-

rio, ut ad unguem exacteq; custo-
diantur, quæ canonicis sanctioni-
bus præclarè & maturè sunt consti-
tuta. Neq; censeo ad hęc statuta Ec
clesię in debitam reducenda obser-
uationem, conuocandū esse Con-
cilium generale, authore summo
pontifice & adminiculante sacra
Cæsarea maiestate. Nāq; iam olim
sunt omnia rectissimè sancita pon-
tificijs decretis, & conciliorum Ec-
clesiasticorum Canonibus, quæ ad
constitutiones prædictas ad amus-
sim tenendas attinent. Neq; opus
est noua condere statuta in huius-
modi negocio, sed duntaxat ea quę
antiquitus ordinata sunt, in suo te-
nore & integritate custodire, et pro
lapsiones circa illa, emendare. Sic
suasit Isocrates Nicocleo regi, di-
cens: τὰ περὶ σοῦ θεὸς ποιεῖ μὴ ὅτι ὁ
προγόνοι κατέλιπον, id est, in colen-
da

da religione hoc fac quod maiores
tui tradiderunt. Et alio in loco scri- Deute. 32.
ptura, Interroga patrem tuum, &
annunciabit tibi, maiores tuos, &
dicent tibi. Quid igitur nouo nunc
opus est Concilio generali, ad de-
cernendum quomodo audiendæ
sunt confessiones peccatorũ, qua-
nam ratione seruanda ieiunia, quo
item pacto uota monastica exactè
sunt tenenda, & continentia sacer-
dotum in sua integritate obseruan
da? Cum hæc omnia rectissimè pri-
scis sæculis sint constituta. Nònne
idipsum esset actum agere? Neque
hæc dixerim, quòd improbẽ Con-
cilij generalis conuocationẽ, cum
perspiciantur cõplures in agro Do
minico succreuisse uepres, sentes,
spinæ, & urticę, quę acuta falce au-
thoritatis Ecclesiasticæ & uniuersa
lis Synodi essent succidendæ. Sed

de his hactenus, &c.

Constat igitur ex prædictis, Lector, non esse Neotericum inuentum ieiunium, uerùm ab omnibus mirificè celebratum, testatur scriptura, ratio suadet, leges iubẽt, omnium gentium cõsensus approbat. Eant ergo nunc Aeriani crapulosi ac νομοθέται, et producant uel syllabam è penu scripturæ, quæ ipsis auctoritatẽ faciat contra delectum ciborum. Fatemur quidẽ scriptum esse, Non quod intrat in os inquinat, Matt. 15. Et alio in loco scriptura 2. Timoth. 4. Omnis creatura Dei bona est, & nihil reijciendum. Et idem Paulus ad Titum capite 1. Omnia mũda mundis (quibus uel unicus D. Augustinus. August. Eccle. dog. cap. 66. sufficit, quum ait: Bonum est cibum cum gratiarum actione sumere, et quicquid Deus præcepit, edendum

dum est. Abstinere autẽ ab aliquibus,nõ quasi à malis,sed quasi non necessarijs,non est malum,moderatiuerò usum eorum pro necessitate,& tempore, proprie Christianorum est, non quæro à quo cibo abstineas, sed quẽ cibũ diligas,&c.) quæ omnia detorquent gulosi ad alienum sensum, ut uideantur suo errori suffragari, quemadmodum & in alijs materijs multi facere consueuerũt, morem illum antiquum sequẽtes crapulosorum, sacrarum literarum sententias peruertentes, atque ad sua placita & sensa deflectentes, sed umbræ illorum, testatur Hierony. ad Marcel. ad tempus pręualent,longo tempore corrumpuntur.

Verum hos locellos uix trium uerborũ, & quidem impertinentes Digressio.

quos gulosi inculcāt, quibus etiam Circeis suis poculis miseram plebeculam dementant, per multos iam años egregij uiri, uidelicet Ambrosius Catharinus Episcopus Minoricensis, cuius famā et eruditionem spectatam, natio Hispanica, & Italica locupletissimè celebrat: Dominus Petrus Maluenda: V.P. Euerhardus Bilickius, D. Ioannes Cocleus Ecclesiæ Vratislauiensis facilè primas, ut cum collegarum, uirorum doctissimorum qui sua laude minimè etiam sunt defraudādi, uenia loquar. Quâm uerò ob multijugam eruditionem, omnigenarumq́ disciplinarū cognitionem, clarus habeatur, etiam cunctis iam dudum, innotuit nationibus, ita ubiq́ effulsit nomen eius ὥς τε γὰρ ἠελίου αὔγη πέλεν ἠε σελήνης. D. Ioannes Gropperus Archidiaconus

nius Ecclesiæ Coloniensis. Cui uiro clarissimo etiam adiungo doctorem Iasparum Gropperũ, huius profundi uiri fratrem, similem ne uisurus sim hæreo, siue spectes, Lector, eruditionẽ, siue eloquentiam, qua humanitate me compleus sit confluẽtiæ, proximè uerò anno M.D.L. Spiræ, quę imperialis ad Rhenum posita ciuitas, malo occludere fauces, ne uidear gloriosum seu iactabundum thrasonem agere, Homericum itaq; illud non iniuria ei accom̃odabimus, οὐ σεγεμοῦς ἐδίδαξε δίος παῖς, οὐ σέγ' ἀπόλλων, quanta pręterea rebus in omnibus hic uir Mecænas, sapientia polleat, omnibus notius est, quàm ut à me recenseatur. Sed nolo in re aliena longior esse.

Hij ergo omnes & singuli cum

cæteris clariſſimis & bonis uiris, ſuis doctiſſimis ſcripturarum ſacra rum teſtimoniis adeò ualidè ac copioſe omnia eorum diuerticula & effugia confutarunt, ut fortius etiã certius conuinci non poſſint, & ergo breuitatis gratia ſuperſedeo.

Det typus ſanctimoniæ, autor ſalutis, lucis princeps, lætitiæ largitor, qui paracletus eſt, ſpiritus ueritatis uerus, meliorem mentem inſipientibus, interim ut cuſtodiat nos miſeros ne tot malis gulæ inuoluamur, ſed potius per ſobrietatem & abſtinentiam gratia Dei conſequi ualeamus æterna gaudia, precamur ardenter & intenſe, per Chriſtum Dominum noſtrum, cui ſoli ſit pſalmus perpetuus, laus & iubilatio ſempiterna ab omni creatura angelica & humana nunc in æternum

num & ultra, & hæc de primo gradu sufficiant.

SECVNDVS gradus.

CONFESSIO.

Ἐξομολόγησις seu confessio, est legittima coram sacerdote, qui claues habet et potestatem absoluendi peccati declaratio: uel secundum Augustinum, per quam morbus latens spe ueniæ aperitur. Vel ut D. Gregorius in quadam Homili. super Lucã, ait: Quædam apertio ulcerum, & subiungit, quia peccati uirtus salubriter aperitur in confessione, quod pestiferè latebat in mente. Confitetur autem ille qui totum fatetur. Vnde D. Hierony. in Eccles. capi. x. inquit, Si quem serpens Diabolus occultè momorderit, & nullo eum conscio peccati ueneno infecerit, si tacuerit, qui per

Exomologeseos necessitas.

Nota. Hierony.

cussus est, & non egerit pœnitentiam, nec uulnus suum fratri, & magistro uoluerit confiteri. Magister, qui linguam habet ad curandum, facile ei prodesse non poterit. Si enim erubescat ęgrotus uulnus medico confiteri, quod ignorat medicina, non curat. Hactenus ille.

Genes. 3. Et ut ab ipsius humani generis principio exordium sumamus, peccato primæ transgressionis primi parentes corrupti à Domino sunt requisiti de culpa, ut peccatũ quod transgrediendo commiserant, confitendo delerent, exegit enim confessionẽ uocalem Deus ab Adam,

Adam. quando dixit ei: Adam ubi es? (uerba sunt uocantis ad pœnitentiam & ad confessionẽ inducentis) Serpens autẽ de culpa requisitus non est, quia non mors laudabit Dominum,

num, neq; ſpes ulla damnatis, iugi-
ter enim execrantur Dei miſericor
diã. Sic Cain cum primæ prętari- Cain.
cationi fratricidium cumulaſſet ſi-
militer requiſitus eſt dicente Do-
mino ſibi Geneſeos quarto capite:
Vbi eſt Abel frater tuus, ſed quan-
do confiteri noluit, indignus ue-
nia iudicatus eſt, in deſperationem
enim inciderat, ipſomet dicente:
Mea iniquitas maior eſt quàm ut
ueniam merear, uagusq; & pro-
fugus exijt à facie Dei, ſignificans
eos qui peccatum ſuum confiteri
diſſimulãt, diuinę miſerationis in-
dignos haberi. Notandum nihi- Obſerua.
lominus confeſſionem prout eſt ſa
cramentum, non aliter fuiſſe in le-
ge ſcripta ueteri, q̃ multipliciter
pręfigurata, & umbratiliter præſi-
gnata, cũ in noui teſtamenti ueſti-
bulo fuerit conſtituta.

Ioan. 11. Lazaro ſuſcitato, dixit Dominus Apoſtolis, Soluite eũ & ſinite abire. Vnde Auguſti. in lib. de pœnitentia, inquit: Lazarum de monumento iam ſuſcitatum obtulit Dominus diſcipulis ſoluendum, per hoc oſtendens poteſtatem abſoluendi conceſſam ſacerdotibus.

Canones ſacri confeſſionem iubẽt C. omnis de pœniten. c. placuit de pœni. diſti. 6.

Obiectio. At obijciunt naſutuli quidam, talia ſtatuta, confeſſionis ſcilicet, ſunt nouum quoddam pondus & onus impoſitum humeris Chriſtianorũ, & difficilius hactenus quàm iugum præceptorũ decalogi à Deo iniunctũ, ſic redditur Chriſtianiſmus grauior & uia ſalutis longe arctior & anguſtior, ꝙ ante fuerat, ſunt

sunt igitur huiusmodi sustollenda, & sola dei pręcepta nobis ad salutẽ sufficere putanda sunt.

Cui obiectioni respondẽt pij nullo pacto id admitti debere, quòd constitutiones Ecclesiæ, sancita patrum sunt noua onera iniecta pijs, & nullam cum dei præceptis affinitatem uel societatẽ habentia. Quoniam adminicularia sunt, & præsidia ualde congrua, ad dei pręcepta facilius complẽda, & ad hoc ipsum magnum præstant adiumentum, imò mirabili quadam harmonia, ipsa Ecclesię decreta consentiunt, & consonant dei præceptis, præterea nullum dederis Ecclesiæ statutum, quod ex sacrarum literarum promptuario nõ deducatur, et non cognoscatur, ex earum scaturigine suam habere originem. Nõ igitur Responsio.

huiusmodi, noua uocari debent onera, præcepits diuinis superadiecta, sed quasi appendices illis adiuncti, ad faciliorem ipsorũ obseruationem, & ergo tempus cõfitendi relictũ est dispositioni Ecclesiæ ut cum Clichtoueo concludam: Etiamsi uero Christus ne iotam de confessione in Euangelio ostendisset, quod nemo nisi uanus probabit, nihilominus statuta huiusmodi decernenda esse Ecclesiæ licuit, contulit enim Apostolis post gloriosam anastasin suam potestatem relaxandi peccata fidelium, aut retinendi, testante altisono Christi
Ioan. 20. præcone Ioanne, quando dominus Apostolis suis dixit, sacerdotiũ administrationis insinuans: Quęcũq; alligaueritis super terrã, erunt ligata & in cœlo, & quæcunq; solueritis super terram, erunt soluta & in cœlo,

celo, quibus uerbis consequen-
ter obligauit & astrinxit ad faciendam sacerdotibus suorum peccatorum confessionem secretam, sine qua pij symistę nō possunt cognoscere peccata, quę remittāt, aut quę retineant dicente Christo: Cum ieiunatis nolite fieri sicut hypocritæ tristes, non enim omnia in euangelio expressit Christus ad Ecclesiæ gubernationē attinentia, sed multa eorum reliquit per Apostolos & successores eorū, magisterio spiritus sancti ordināda. Quēadmodū discessurus hinc contestatus est eis in hunc modum: Multa habeo uobis dicere sed non potestis portare modo, cum autem uenerit spiritus ille ueritatis, ipse docebit uos omnem ueritatem, sed omissis illis Argutulorum obiectis, quando non sunt digna respōsione, quottuplex

Math. 6.

Ioan. 16.

confessio sit, quare confitendum, cur instituta, breuibus, Deo annuente, explicabo.

Confessio quadruplex.

Et sicut quadruplex confessio est, fidei uidelicet, quo ad omnes dicente Paulo Rom. 10. Corde creditur ad iustitiã, ore autẽ fit confessio. Peccati, Prouer. 18. Iacob. ulti. Laudis Ecclesia. li. Confitebor tibi domine & collaudabo te. Prędicationis Psa. 104. Confitemini domino & inuocate. Sic etiã multiplex effectus huius est. Hec enim Deum glorificat. Iosuæ 7. Recõciliat, Esa. 57. Ecclesiam mundat & scopat, Psa. 76. Et scopebam spiritum meum. Et alibi Christus Math. 12. Eam inueuit scopis mundatã. Confessio animam purgat, Psal. 31. Animam decorat, Psal. 95. Humiliat dicẽte Ecclesiastico. 41. cap. Erubesci

te à

tr à principe, & à iudice de delicto. Confessio diabolũ accusat, Iudith. 13. Proferens Iudith fortis uirago (quid enim non potest seruus domini?) de pera caput Holophernis, ostendit. Iudith mystice confessio, caput Holophernis initiũ suggestionis. Addit & alia Isidorus Hispalensis in Synodis, dicens: Confessio sanat, iustificat, peccati ueniam donat. Omnis spes in confessione consistit, in confessione locus misericordię est. Hactenus ille. Est ergo merito quilibet Christianus ex precepto diuino & euangelico, qui ad cõfessionem obligatur adstrictus propter multiplices effectus, huic suauissimo iugo domini subdere collum. Quod si forte alicuius cor, uel liuor, uel infidelitas, uel aliquod malũ ex his, quæ supertius (inquit D. Petrus in epistola di

Confessionis effectus multiplex.

ui Clemẽtis ad Iacobũ fratrem domini) memorauimus, latenter irrepserit, non erubescat, qui animæ suę curam gerit, confiteri hęc huic, qui præest, ut ab ipso, per uerbum domini, et concilium salubre curetur, quo possit integra fide, & operibus bonis, pœnas ęterni ignis effugere, & ad perpetuę uitæ præmia peruenire. Hæc ille.

Quare confitendum.

Esse uerò propter multas causas cõfidendum liquet, quia gloria Dei in hac queritur dicente Iosue. capi. 7. Da Domino Deo Israël gloriam, atq; indica mihi quid feceris. Sic etiam fit iudicium sacerdotis. Sacerdotum enim erat Leui. 13. in lege discernere inter leprã & leprã, & inter prophanum & sanctũ. Fit etiã cõfessio propter humilitatem, dicẽte Ecclesiastico cap. 4. Presbytero

tero humilia animã tuam. Vltimo tandem, ut erubescat peccator, dicente eodem in loco Ecclesiastico: Pro anima tua nõ confundaris dicere uerum. Est enim cõfusio adducens peccatum, & est gloriam & gratiã adducens, plurimum etiam conducit in hac re suffragiũ sacerdotis, uñ Leui. 4. Orabit pro eo sacerdos et dimittetur ei. Et August. in 8. confessionũ: Cum malus sum nihil est aliud me confiteri Deo quàm me mihi displicere, & ergo uitam Deo annuntiat Psal. 55. Qui peccata cõfitetur Deo, nõ quidem docens, sed seipsum peccatorem agnoscens, eandem confessionem etiam approbat Christus, dicens elephantiacis: Ite ostendite uos sacerdotibus, et factum est dum irent mundati sunt. Luc. 17.

An soli deo sit cõfitẽdũ

At rursus obganniunt quidam, canit psaltes egregius Psal. 105. Cõfitemini Domino quoniam bonus quoniam in sæculum misericordia eius, ergo: Notandum ibidem de peccatorũ confessione fieri sermonem, sed non de confessione laudis et laudatione Deo exhibẽda quare si de peccatorum confessione quis contenderit ibidem loqui Prophetam, non potest tamen adhuc ex eo loco conuincere, quod nunc sufficiat soli domino peccata sua cõfiteri. Deniq; non dictum est in eo loco à propheta, Confitemini soli domino, quoniam bonus, sed sine adiectione excludẽtis particulæ, Confitemini domino. Qui autem ministro Ecclesię, sacerdoti, uicario Dei confitetur, etiam ipsi Domino confitetur (caput enim) quem primo offendit, & cuius maiestatem pec-

can-

tando læsit. Non ergo per illud dictum propheticum, quoquomodo id confici potest, quod ad salutem sufficiat soli Deo facta confessio. Cuius meminit Ambros. de pœnitentia lib. 1. cap. Nouatiani, inquit, quum negãt sacerdotes habere potestatem ligandi, & soluendi peccata, aiunt se domino deferre reuerentiam, cui soli remittendorum criminum potestatem reseruẽt, imò nullam grauiorem iniuriam faciũt, quàm, qui eius uolunt mandata rescindere, commissum munus confundere. Et esto sit soli Domino confitendum, & de confessione auriculari nihil traditum in scriptura, quod tamen nullo modo probare possunt argutuli, nihilominus tamen etiam audiendus de hac re Ecclesię calculus, quam audire iubentur, in qua legitimè certarunt quicq uiri gra- Ambrosius.

Christus multa suæ Ecclesiæ instituenda permisit. Chrysost.

ues. De hac re copiose scribit D. Chrysostomus in secundam Epistolam ad Thessalo. capi. secundo: Patet, inquit, quòd Apostoli non omnia per epistolas tradiderint, sed multa etiam sine literis, eadem uerò fide digna sunt, tam illa quàm ista. Itaq; traditionem quoq; Ecclesiæ fide dignam putamus. Et Augusti. ad Pollentium lib. 1. cap. 14. Multa sunt facienda, non iubente lege, sed libera charitate, & ea sunt in nostris officijs gratiora. Et idem D. Augusti. ad Ianua. Ecclesia Dei, inquit, inter multam paleam, multaq; zizania constituta multa tolerat, et tamẽ quæ sunt contra fidem, uel bonam uitam non approbat, nec tacet, nec facit. Neq; minus ratum est, quòd dictante spiritu sancto Apostoli trãdiderunt, quàm quod ipse Christus tradidit, inquit

Augustinus

Cy-

Cyprian. ser. de ablutione pedum. De his hactenus.

De confessione auriculari, ut locupletior sim, scribit alio in loco D. August. de uisitatione infirmorum lib. 2. ca. 4. & li. 1. ca. 2. Sunt, inquit, qui sufficere sibi ad salutem autumant, si soli deo cui nihil occultum est, quem nullius latet conscientia, sua confiteantur crimina: Nolunt enim aut erubescũt, siue dedignantur se ostendere sacerdotibus: quos tamen inter leprã & lepram discernere per legislatorẽ constituit Dominus. Sed nolo ut ipsa decipiaris opinione quatenus cõfundaris cõfiteri coram Domini uicario, tabescẽs præ rubore, uel ceruicosus præ indignatione. Nam ipsius similiter subeundum est iudiciũ, quem Dominus sibi nõ dedignatur uicariũ. Nota.

Ergo ad te uenire roges ſacerdotẽ, & fac ipſum conſcientiarũ tuarum penitus participem. Hactenus ille.

Iacob. 5.

Confitemini alterutrum, inquit D. Iacobus, peccata ueſtra. Si alterutrũ, cur non ſacerdoti? Sciẽdum etiam, in ueteri lege non cõfiteban tur homini uerbo, at facto. Offerebant enim hoſtiam pro peccato, & ſic oſtendebant facto, ſe peccaſſe. Aliquãdo uero ignorabatur & genus & ſpecies peccati pro quo offerebatur, nihilominus tamẽ ſcientes ſe peccaſſe. Aliquando genus & ſpecies peccati cõſtabat, at circumſtantiæ nõ, quare aliqua hoſtia pro aliquo peccato determinate debebat offerri. Huius autem ratio eſt, quia tũc non erat perfecta iuſtitia, iam uero quãdo iuſtitia quę Chriſtus eſt de cœlo proſpexit, et tempo

Chriſtus iuſtitia.

ra

nuocationis in uiridi sunt, inquit Iacobus. Confitemini alterutrũ, id est, homo homini, Matt. 5. Non soli Deo, & ergo præceptũ diuinum confessio, & de his quę implent legem. Quemadmodum igitur malefactor à rege uel magistratu ipso inconsilio absolutus, à cathenis in carcere soluendus est à regis ministro, qui isti deinde bona, quę prius confiscata fuere, reddit. Sic utiq; agit sacerdos, qui perinde dei ministri peccatorem à cathenis peccatorum soluit, & in illius Ecclesiam reducit isti bona restituens, & earum quibus prius erat priuatus, in Ecclesia bonorum participem facit. Confessio auricularis, ut appellant, frangit superbiam, inducit humilitatem, sine qua iustificatio non fit, Petro et Iacobo dicẽtibus: Deus superbis resistit, humilibus autem

dat gratiam, Iacob. 4. 1. Pet. 5. Per eam homo uenit, medio sacerdote, ad cognitionem, quod & quale sit hoc uel illud peccatum. Et quomodo in posterũ possit deuitare malũ, & facere bonum. Hæc confessio aufert ab homine, medio sacerdote informãte, securitatem. Infirmis securam facit de absolutione cõscientiam, ingerit pudorem, &c.

Matth. 3.

Homines baptizabantur à Iohanne in Iordane, confitentes peccata sua, dolorem interiorẽ et amaritudinẽ animæ denudantes. Nam sicut anima Deum per delectationem cogitationis offendit. Sic delectatio in amaritudinem conuerti debet, & talis confessio erat in signum, quod in baptismo Christi debebat esse confessio peccati.

Contritio.

Multi

Multi credentiũ, inquit Lucas, Acto. 19.
veniebant ad Paulum, confitentes & annunciantes actus suos. Timida quidem est confessio primitus, sed quanto maior est timor, tanto confidentiorem reddit cõfitentem, Prouer. 14. In timore domini fiducia. Est etiam lingua maris (Iosue 15.) confessio, amara scilicet. Vnde Augusti. in lib. de pœni. Quem pœnitet omnino pœniteat, & dolo nẽ lachrymis ostendat, & repręsentet uitam suã Deo per sacerdotem, pręueniet iudicium Dei per confessionem.

Portam etiam salutis confessio aperit, dicente Paulo, Corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem. Vnde in libro Iudicum, post mortem Iosue, consuluisse legimus filios Israël Domi- Roma. 10. Iudicum 1.

num, qui dixerunt: Quis ascendet ante nos cõtra Chananęum & erit dux belli? dixitq; dominus: Iudas ascendet, ecce tradidi terram promissionis scilicet in manu eius, in manu dicit nõ in ore tantum, uera enim confessio est in corde per fidem, in ore, per accusationem criminum, dicente scriptura: Iustus in principio accusator est sui, Prouer. 18. In manu uerò per satisfactionem operis, Christo dicente Matt. 3. Agite fructus dignos pœnitẽtię. Notandum pręterea cõfessionem accusatoriam esse debere, non excusatoriã Iob. 9. Etiamsi habuero, inquit Iob, quippiam iustum, non respondebo, sed meum iudicem deprecabor.

Vsus confessionis circa Ecclesiæ primordia.

Vsum autem et obseruationem confessionis fuisse circa Ecclesiæ pri-

primordia testãtur scripta diui Ambrosij: Non quisquã, inquit, à peccato iustificari potest, nisi peccatũ ante cõfessus fuerit. Hactenus ille in lib. de Paradiso. Verum tamen ingenue tribuerim, per successiones temporum & diuersa curricula, à summis pontificibus & conciliis Ecclesiasticis esse superaddita decreta quę ad determinationem circumstantiarum confessionis sacramentalis faciunt.

Qui abscondit scelera sua nõ dirigetur, qui autem confessus & reliquerit ea, misericordiam cõsequetur, Prouer. 28. Hinc liquet peccatum nõ esse abscondendũ, uerum magis ostendendũ, de quo D. Gregorius: Nunquam, inquit, Deus mentem deserit, quę se in peccatis ueraciter cognoscit. Hinc quidam

moti pij, confessionem in unũ com pactis uirgis assimilant. Sicut enim uirgę loca plana purgant, similiter confessio planas conscientias, non scrupulosas, in quibus semper re-
Hiere. 51. manere solent sordes, iuxta illud Hieremię, Curauimus Babylonẽ & non est curata. Sic confessionis locũ alio in loco tractans D. Chrysosto. in Genes. Hom. 29. inquit: Scit hostis noster quòd per tempus Quadragesimæ possumus de his, quæ ad nostram salutem adtinent loqui, et peccata cõfiteri, et uulnera medico ostẽdere, et sanitatem consequi. Et Origenes in Leuiticum Hom. 2. ait: Est dura & laboriosa uia, per pœnitentiam remissio peccatorum, cum lauat peccator in lachrymis stratũ suum, & sunt ei lachrymæ panes die ac nocte, & cum non erubescit sacerdoti Domini
in

indicare peccatum suum.

Recogitabo tibi omnes annos meos, inquit Iesaias, in amaritudine animę meę. Et alio in loco idē: Solue uincula colli tui captiua filia Syon. Et idem cap. 58. Si abstuleris de medio tui catenam, orietur in tenebris lux tua, et tenebrę tuę erūt sicut meridies. Effunde, inquit Hieremias, sicut aqua cor tuum in conspectu Dei. Et Oseas propheta ca. 13. & 14. Colligata est iniquitas Ephraim, absconditum est peccatum eius, dolores parturientis uenient ei. Et idem: Reddemus uincula labiorum nostrorū. Sic in libris Regum cuilibet dictum est peccatori: Vade & lauare septies in Iordane, & recipiet sanitatem caro tua atq; mūdaberis, quæ omnia confessionem demonstrant.

Esa. 38.

Threno. 2.

4. Reg. 5.

Debet autem ascendere confessio non descendere, ut non timore pœnę fiat, sed amore dei, precedere inquam in spirituali bello, dicente Psal. 146. Psalmographo: Precinite domino in confessione. Et alio in loco idem Psal. 49. Venite adoremus & procidamus ante Dominum qui fecit nos, quia ipse est Dominus Deus noster, preoccupemus faciem eius in confessione. Clara per apertam ueritatem, percutiens per accusationem.

Leui. 16. Sic legislator ritum ostendens, iussu Domini precepit, Postquam sacerdos Leuiticus mūdauerit sanctuarium, & tabernaculum et altare, tūc offerat hircum uiuentem & posita utraq; manu super caput eius, cōfiteatur omnes iniquitates & uniuersa delicta filiorum Israēl.

Et

Et in eodem libro cap. 26. idē Moſes: Propter peccata ſua affligātur donec cōfiteantur iniquitates ſuas et malorū ſuorū recordētur quibus preuaricati ſunt in me, tunc orabūt pro iniquitatibus ſuis, & recordabor fœderis mei, quod pepigi cum patribus eorū. Sed iam ex quibus ſcripturis is ritus inoleuerit aliquanto excutiēdū eſt. Scriptū eſt Leui. 5. Anima quę iurauerit & protulerit labijs ſuis, ut uel male quid faciat uel bene, & idipſum iuramento & ſermone firmauerit, oblitaq; poſtea intellexerit delictum ſuum, agat pœnitētiā pro peccato. Litera Cyrilli ſic habet, Et pronūciet peccatū quod peccauit. Cui etiam reſpondet Hebraica ueritas, ubi ſic habetur, Et confitebitur peccatum quod peccauit. Is nimirum locus, ſi apertus pro confeſſione Cyrillo Leui. 5.

uisus est, ut dicat hic mirabile secretum contineri & prorsus affirmet peccata cuiusuis generis esse detegenda.

Vera autem cõfessio multis est exornata proprietatibus. Hæc ut aliquando diximus esse debet amara, Esai. 38. Voluntaria, psal. 53. Frequẽs, Esai. 23. Firma seu fortis. Accusatoria, Psal. 50. Detestans, Hier. 8. Humilis, Gene. 24. quando Rebecca uiso Izaack descendit de camelo. Distincta, Deuota Psa. 6. Integra, Esa. 14. Aperta, Esai. 47. Denuda turpitudinẽ tuam. Verecunda, Eccles. 4. Est cõfusio adducẽs gloriam, & Hie. 3. Frons mulieris meretrix facta est tibi & noluisti erubescere. Vnde Ambros. de pœnitentia lib. 2. cap. 6. Soluit criminis nexus uerecunda confessio, recta,

Ambros.

obediens, ſperans, dicente Eſaia: Sume tibi cytharam, circui ciuitatem, meretrix obliuioni tradita bene cane, frequenta canticum, ut memoria tui ſit.

Præmittit etiam orationem confeſſio (Iob. 7. capite: Non parcam orimeo loquar in tribulatione ſpiritu mei) ſepe enim impetrat cõfeſſionem, et impetratam adiuuat, et è cõuerſo dicẽte Salomone cap. 18. Frater qui iuuatur à fratre quaſi ciuitas firma.

Sic alio in loco Pſalmiſta. Dixi confitebor aduerſum me iniuſtitiam meam. Hæc eadem inculcat Ezechiel cap. 6. Dic heu, inquit Propheta, ad omnes abominationes malorum domus Iſraël, id eſt, cordis tui, q. d. & dic ut non tan- Pſal. 31.

Hugo. tum (ſecundum Hugonem Cardi
nalem) in dolore contritionis, ſed
etiam in planctu confeſſionis ſeſe
exerceant. Quàm utilis uerò con-
feſſio ſit hinc dignoſcitur, quia per
eam ſtatim dimittuntur peccata.
Eſt etiam fomes diabolici ueneni,
iuxta illud Eccle. 31. Si coactus fue
ris in edendo multum, ſurge è me-
dio & uome & refrigerabit te, præ-
terea niſi peccatum detegatur hic
per cõfeſſionem ad ſalutem, Deus
reuelabit illud in futuro ad damna
tionem. Exemplum habemus. 2.
Reg. 12. Quando locutus eſt Do-
minus per Nathan ad Dauid: Tu
feciſti abſcondite, ego uerò faciam
uerbum iſtud in conſpectu omnis
Iſraël, & in cõſpectu ſolis. Fit etiã
aliquis per ueram confeſſionem ſu
ſpectus & exoſus diabolo, appro-
bante Eccleſiaſt. cap. 17. Qui denu
da

dat arcana amici fidem perdit, & infra, Si denudaueris illius secretio ra, non persequeris post eum.

Cur autem sit confessio instituta uariæ assignantur rationes. Sic enim fit discretio gregis dominici, ne lupi irrugientes in gregem man ducant agnos, & ut uultus conscientiarum suarũ pij suis pastoribus ostenderent, ne impij innocentiam palliarent, et lupi sub pelle ouina se absconderent. Vnde alibi alloquitur pastores Dominus, dicens: Dili genter agnosce uultum pecoris tui & greges tuos considera. Altera, Propter communionẽ sacram quę iuxta Ecclesiæ instituta fit tempore Paschę: sic eñ phase, id est, transitus domini rememoratur. Et quã do facile iudicium merentur æternũ impij ad altaris mysterium in-

Cur institu ta. Prouer. 27. Exo. 12.

dignè accedentes, 1. Cor. 11. Idcirco pia mater Ecclesia uicissim ubera sua seu mamillas præbens, cõfessionem diuinitus traditam iubet. Sic enim purgantur, reprimuntur, occidũtur debiles uires, seu interni mali uoli motus animæ, taceo de gratiarum actione, recognoscentia bonorum quam omnes debemus Domino Deo: non est enim homo qui
3. Reg. 8. non peccat, et ergo quando cecidimus operepretium est tãdem cum planctu resurgere.

AVTHORITAS Patrum.

Isidorus. Vitia cordis tui reuela, inquit Isidorus, prauas cogitationes tuas illico manifesta, peccatũ tuũ proditum citò curatur, crimen autem tacendo ampliatur. Vulnera enim clausa,

clausa, testante Gregorio, plus cruciant, nam cum putredo quæ intrius feruet ejicitur, ad salutem dolor aperitur.

Quid prodest Ecclesia (inquit Augustinus) si iam confessor uoce dominica resuscitatus prodit? quid prodest Ecclesia cõfitenti, cum Dominus ait: Quæ solueritis in terra, soluta erunt in cœlo? Ipsum Lazarum attende, cum uinculis prodit, iam uiuebat confitendo, sed nondum liber ambulabat uinculis irretitus. Quid ergo facit Ecclesia, cui dictum est, Quæ solueritis soluta erunt: nisi quòd ait Dominus continuo ad discipulos, Soluite illum, & sinite abire. Augustinus de uerbis Domini sermo. 8. Augustin. Ioan. 11.

Qua igitur ratione diuinæ natu Cyrillus.

ræ (inquit Cyrillus) dignitatem, ac potestatem discipulis suis saluator largitus est? quia certè absurdum non est, peccata remitti posse ab illis, qui spiritum sanctum in seipsis habeant. Nam quum ipsi remittũt, aut detinent, spiritus, qui habitat in eis, per eos remittit & detinet. Erit autem id duobus, ut arbitror, modis, primò Baptismo, deinde pœnitentia. Cyrillus in Ioan. lib. 12. cap. 56. Hic est ille sanctus Cyrillus Episcopus, qui Carum corrigens, illi dixit: Non licet diuina mysteria uidere, qui pollutus est sacrificijs idolorum, idcirco (quando ueritas odium obsequium amicos parit) à Numeriano iniustè iust9 occisus est. Anno Dominicæ incarnationis 288. urbis conditæ 1039.

Clemens. Cogitationes malas cordi suo ad-

aduenientes mox ad Christum alli
dere, & sacerdotibus Domini ma-
nifestare iubemur à diuo Clemẽte
in compendiolo suo.

Si reuelauerimus peccata nostra, Origenes.
non solum coram Deo, sed & his,
qui possunt mederi uulneribus no
stris, atq; peccatis, delebuntur pec-
cata nostra ab eo, qui ait: Ecce dele
bo, ut nubem, iniquitates uestras.
Orige. in Lucæ cap. 2. Hom. 17.

Nemini (cõfitenti peccata sua) Augusti.
imponẽdum est, quod aut impossi-
bilitas ei abdicat, aut tẽpus euanes-
cens adimplere prohibeat, inquit
Augusti. de uisita. lib. 2. capite ul-
timo. Et idem Augusti. Non suffi-
cit mores in melius cõmutare, & à
factis malis recedere, nisi etiam de
his, quę facta sunt, satisfiat deo per

pœnitentię dolorem, per humilitatis gemitum, per contriti cordis sacrificium cooperantibus eleemosinis. Hæc Augustinus de pœnitentię Medicina cap. 5.

Chrisost. Sed confunderis, et erubescis peccata tua effari. Atqui oportet maxime etiam apud homines ea dicere, & inuulgare. Cõfusio em̃ est peccare, nõ est cõfusio peccata confiteri. Nunc autem neq; necessarium presentibus testibus cõfiteri, cogitatione fiat delictorum exquisitio, absq; teste sit hoc iudiciũ. Hęc ille sermo, de pœniten. & confessio. &c.

Chrisost. Iam qui hæc (scilicet crimina) fecit, si uoluerit, ut decet, uti conscientiæ adiumẽto, et ad cõfessionẽ sacinoꝝ festinare, & medico ostendere ulcus, qui curet, et nõ exprobret, atq;

atq; ab illo remedia accipere & soli ei loqui nullo alio cõscio, & omnia dicere cũ diligentia, facile sua peccata emendabit. Chrisosto. in cap. 4. Gene. Hom. 19.

Quoniam omnino non peccare diuinum, & ultra humanam naturam esse cognoscitur, peccantibus autem & pœnitentiam agentibus uenia Deus dari præcepit, qui uerò confiteri refugiunt, maius peccatorum onus acquirũt, propterea uisum est antiquis pontificibus, ut uelut in Theatro, sub testimonio Ecclesiastici populi delicta pandantur. Et ad hanc rẽ presbyterum bonę conuersationis, seruantemq; secretum, ac sapientem uirum statuerunt, ad quẽ accedentes hij, qui deliquerant, delicta propria fatebantur. At ille secũdum unius cuiusq; Tripar. Histo.

culpã indicebat & mulctam. Tripartitæ Hyſtorię lib. 9 cap. 35.

Euſebius. Sic etiã Sidonius, & Celerinus confeſſores, poſtquã renunciarant Nouati hæreſibus, publice & confeſſi ſunt & pœnitentiam egerunt. Teſtis Euſebius Hiſto. Eccleſi. lib. 6. cap. 34. Et certe tantæ uirtutis eſt noſtra confeſſio, ut non ſolum de peccatoribus iuſtos faciat, ſed etiam de terrenis cœleſtes, de mortalibus ĩmortales, de miſeris felices, quæ peccata delet, et animã à morte liberat, diabolo nos ereptos Deo reddit, de filĳs tenebrarum efficitſi lios lucis, &c.

Baſilius. Sicut ergo nõ omnibus quis uitia uel uulnera corporis ſui reuelat, nec quibuslibet, ſed ĳs tãtũmodo, qui ſumę peritię teſtimoniũ habẽt, &

& curæ, ac medelæ disciplinam. Ita confessio peccatorū fieri debet tantummodo, qui curare hæc præualent, & enendare. Basilius Cæsareę Cappadociæ, Anno Domini. 379. in Regula Monach. cap. 98.

Et sicut hij qui habent escam in- Origenes.
tus indigestā, aut humoris uel phlegmatis, stomacho grauiter, & molestę conuenientia, si uomuerint, releuantur. Ita etiam hij, qui peccauerunt, siquidem retinent in se peccatum, intrinsecus urgentur & prope modum suffocantur à phlegmate, uel humore peccati: si autem semetipsum accusat, et confitetur, simul euomit & delictū, atq; omnē morbi digerit causam. Origenes in psa. 37.

Ignoscat mihi lector, quòd tot

ex ueteribus hic citauerim quod ni mirum ideò feci, ut cunctis palam innotesceret, ex Patrum antiquissimorum sententia, confessionē homini faciendam necessariam esse, nec sufficere eam, quę soli Deo fit, sed et patet uetustissimum in Ecclesia morē fuisse, peccatores, aut opere aut uerbo, seu cogitatione delinquentes, cuncta sacerdotibus detegisse.

Nos interim minime abnegamus ad Deum frequenter referendam esse confessionē peccatorum. Beatus enim qui tenebit & allidet paruulos uel maximos suos ad petram, petra autem Christus est. Necesse interim tibi ut adsit sacerdos, qui mediator sit ad Deum tuum sa lubri iudicio. Alioquin & sub lege et sub gratia. Ite ostendite uos sacer

doti

dotibus, responsum diuinum quomodo confirmaretur? Cõfitemini alterutrum peccata uestra, quomodo compleretur? Est ergo potius sacerdoti facienda confessio quàm prophano, quum et huius muneris functionem, Mystis tribuant, non solum theodidacti patres, uerumetiam scripturæ sacræ.

Absoluit etiam à peccati culpa nõ uerius summus sacerdos quàm infimus, nisi fortè propter culpæ grauitatem, cuius absolutio maioribus sacerdotibus, & Patrum ordinatione, non iniuria reseruatur.

Cæterũ ut habeas discretionem inter pium & prophanũ pastorem, ne etiã hoc omittamus, paucis Deo dante, pensum absoluam. Fidelis seruus et prudens est ille, qui uocat

Verus pastor in vinea Zebaoth qualis esse debeat.

ad μετάνοιαν, id est pœnitentiam, qui Paulinæ & priscorum theologorum doctrinæ rectam operā impendit, Crucem mortemq; Christi prædicat, Commissas oues pascit lacte, hoc est Euāgelio Christi alit, confortat. Oues quas summus Pastor semel iterum ac tertio pascendas commisit, doctrinę Christianæ pabulo recreat, αἰχύνην fugit atq; deuitat. Defigit oculos in proximum, iram comprimit. Linguam & affectus refrenat. Animum optimis disciplinis excolit, residem atq; languescentem animum expergefacit lectione euangelica. Hic non ad congregandas diuitias, sed ad congestas dispertiendas patula manu pauperibus (non histrionibus, gelasinis &c.) promptus est. Dare enim eleemosinam docuit nos summa ueritas, inquiens: Date eleemosinam,

Id est, confusionem.

Eleemosynæ laus.

sinam, & omnia mũda sunt uobis. Et apud Ecclesiasticũ legitur, Sicut aqua extinguit ignem, sic eleemosyna extinguit peccatũ. Et Daniel regẽ Babylonis docuit, ut eleemolynis redimeret peccata. Et Raphaël angelus testatur ad Tobiã, Quoniam eleemosyna à morte liberat, et ipsa est quæ purgat peccata et facit inuenire uitam æternam. Hinc Christus ad patrẽ orare iussit, Dimitte sicut dimittimus, & da sicut damus. Idem iudicaturus uiuos & mortuos, præ cæteris improperabit damnatis, neglectas eleemosynas & misericordiæ opera, dũ dicet: Esuriui & sitiui, & non dedistis mihi manducare neq; bibere. Et adhuc in alio loco de pauperibus locutus, inquit: Quod uni illorum feceritis mihi fecistis. Quod mihi etiam sensisse uidetur Home-

Odiſſ. li. 18. rus, ubi introducit iuuenem ad Antionen Procum in hęc uerba dicentem: Antinoe non quidem pulchrè cecidiſti miſerum mendicum, perdet te ſi uſquam Deus ſupracœleſtis eſt, nam & Diį alienis hoſpitibus aſſimulati, in uniuerſum exeũtes, ciuitates euertũt, hominum iniurias ſimul et nefas aſpiciẽtes, &c. Age uerò ad inſtitutũ unde digreſſi ſumus aliquantulũ reuertamur. AD TALES MINISTROS loquitur Dominus Matth. 5. Mar. 4. Luc. 7. & 11.

Iuuencus. Vos eſtis mũdi clarũ (ne abſcondite) lumẽ,
Nã quis impoſitã præcelſis rupibus urbem
Occupare queat? ueſtrũ ſed lumen ad oẽs
Proueniat, rerumq; decus ſub luce ſerena,
Ponatur, cunctį genitoris gloria ueſtri,
Laudetur, celſi thronus eſt cui regia cœli.

Abſoluit non diſſoluit, ædificat non deſtruit, colligit nõ diſpergit.

Pau

Paulus est nõ Saulus. Qui mnam concreditam non abscondit, prudens seruus est. Felix ille qui sic uigilauerit supra multa illum Dominus cõstituet, memor enim fuit uerborum Prophetæ: Maledictus, inquit Dominus, qui facit opus Domini fraudulenter. Hij non instar arundinis uento in deserto agitatæ nutãtin fide aut sana doctrina, nec minis immanibus, adeoq; â truculentissimis pœnis ab Ecclesia ad synagogam, â Deo ad Deos, nullisq; illectamentis pollicitorum, & nulla blandiloquentia abduci patiuntur, & ideò uitæ cursu felicissimè peracto, non in Ixionis rota, seu cũ Sisypho aut Tantalo cruciantur, sed ad immortalitatis lauream euocati sunt, & quotidie euocantur tales, quia sunt sal terræ, Mat. 5. Mar. 9. Luc. 13. Soluerunt enim fascicu-

Hiere. 48.

lum iniquitatis intus ligatum, sci-
derũt corda & non uestimenta seu
exteriorem habitum, exuerunt ue-
terem hominem, renunciarunt pro
prijs desideriis, & ergo renouantur
iusto Dei iudicio in imaginem Dei
Ioël. 2. Rom. 8. Coloss. 3. Ephes. 4.
Iuxta promissum Euangelicũ, in-
quam, non modo uitam æternam
possidebunt, uerumetiam in hoc sę
culo centuplum accipiẽt. Quid est
autẽ accipere centuplum? Nempe
pro fucatis bonis uera, pro incertis
certa, pro fluxis æterna, pro uene-
no tinctis syncera, pro curis otium,
pro solicitudine fiduciam, pro tur-
bulentia tranquillitatem, pro dis-
pendijs utilitatem, pro flagitijs in-
tegritatem, pro conscientiæ crucia-
tu secretum & ineffabile gaudium,
pro turpi atq; infelici exitu glorio-
sam ac triumphalem mortem.

Quid sit accipere centuplum.

Ve

Verum deuorato pudore, quidam execrabili furore debacchantur, ut planè Ozimum (quod male dictis & probris lætius & fœcundius prouenire dicitur) consequisse uideãtur ad abusus diuertũt, principali intermisso negotio, et cũ de internis sit cõtrouersia, ipsi de externis ratiotinãtur, seminãtes susurrationes, amarulẽtiam, 2. Cor. 12. quę longè à Christiano homine abesse debent meo iudicio. Quosdam adducunt reprehensioni obnoxios. Sunt (obijciunt) qui quœstum existimant pietatem, ea pro satisfactione iniungunt agenda, quę suis conducunt cõmodis, & confessionum prętextu pecunię aucupia faciunt, Sed illud (etsi res apud quosdam ita haberet) detegentes uitium enorme, more Cham, Geneseos no no capite, ostendunt nudũ patrem

Obiectio.

Responsio.

alijs ingrati alumni, cũ potius more Sem & Iaphet, uerenda patris, Ecclesiæ scilicet, nuda honestè deberent claudere. (Sic Gracchus ad quendã Corneliæ matri obtrectantem: Tu, inquit, uituperare Corneliam audes, quæ Tyberium peperit? et addit, Qua frõte te Corneliæ comparas, an tu peperisti ut illa?) Sed quemadmodum Cham maledictione perculsus est, sic Sem & Iaphet benedictionem sunt consecuti. Vnde rectè quemcp nostrum admonet Ecclesiasticus 19. cap. Audisti, inquit, uerbum aduersus proximum tuum, commoriatur in te, uidens quoniã non te dirumpet, Modestia uestra, inquit Paulus, nota sit omnibus hominibus, quoniam non confusionis Deus sed pacis. Conuitium conuitio retaliare prohibuit Petrus, 1. Pet. 3. Gentiles etiã sem-

Gracchus.

1. Corin. 14 & 2. Corin. 13.

semper pestilens linguę uitiũ acer-
rimè sunt detestati. Egregium pro-
fectò argumentum, scilicet, abuti-
tur à dissolutis cõfessio tollatur id-
circo institutio.

Si qua igitur exorbitatio in au-
diẽdis cõfessionibus obtingit, eam
denunciẽt hi ad quos ex officio id
animet, & quibus eam oportet de-
nũciare, ut hac uia tollatur zizania
de agro dominico, & superseminе-
tur triticũ. Itaq; cum uideris sacer-
dotẽ indignũ, ne traducas sacerdo-
tium, non enim oportet damnare
res, sed eũ qui re bona malè utitur.
Quandoquidem & Iudas proditor
fuit, uerũ non ob id accusatur ordo
Apostolicus, sed illius animus, nec
crimen est sacerdotij, sed malũ ani-
mi. Et tu igitur ne sacerdotium ui-
tuperes, sed sacerdotem malè bona

re utentem. Etenim si quis tecum disputet dicatq; uidisti illum Christianum, respondeto, at ego non de personis, sed de rebus tibi loquor. Alioqui quot medici facti sunt carnifices, ac uenena pro pharmacis dederunt? Non tamen artem uitupero, sed male utentem arte. Quot nautæ male rexerunt nauigia? Verum non ars nauigãdi mala est, sed illorum animus. Si Christianus fuerit improbus, ne incuses (inquit Chrysostomus lib. 6. de dignitate Episcopi) professionem ac sacerdotium, sed re bona utentẽ male. &c. Abrogata quidem in multis locis est cõfessio, sed plurimi interim ne Deo confitentur, testantur mecum omnes pij quibus plusculum sani est. Ac utinam hucusq; placide & mansuetè decertatũ esset. Nam & multi melius audirent, ac fidei ne-

got

gotiũ longe magis profeciſſet. Sed ita fieri Deus permiſit noſtris exigẽtibus peccatis. Quemadmodum autem Eccleſiæ miniſtris coẽmiſſa eſt abſoluẽdi poteſtas, ita etiã utendi præfixa eſt ratio. Nota.

Hæc quidem à me fuſius ac loquacius dicta ſunt, uerũ in tantum neceſſaria, ut uerear ne multis hæc etiam tam multa ſufficiant. Fateor ingenue, ad docendũ ſunt per pauca, ſed ad rationẽ & uiam indicandam, non inerti nec indocto arbitror fore ſatis.

Faceſſant igitur omnia obiecta tanquam à uero aliena, & indubitatũ id habeatur, ab exordio legis Euangelicę confeſſionem peccatorum ſecretam pio ſacerdoti faciendam, eſſe inſtitutam, et eo ex tempo

re obseruari cœptam, quæ quidem hodie in maiori auscultatiõe esset, si non ἄτη, quæ mortalium rebus turbas plerunq; immittere solet, omnia interturbasset. Sed de hac re, nũc satis superq; protractus est hic sermo, iam ad alia, ut cœptus postulat ordo, progrediundum est.

ἄτη.

Hic itaq; liberator, iudex & ultor, rexq; Deusq; Samarites maximus Ianusq; bifrons quẽ falso aliũ esse Deũ mẽtiti sunt, prisci Aethnici, Christus scilicet sempiterni regni dominator, qui pro nobis spinis punctus, sputis illitus, flagellis cęsus, liuoribus fatigatus est, custodiat omnium hominum infirmitatẽ nosq; ducat ad regna cœlestia, cui soli honor & gloria, Psalmus perpetuus in sæculorum sæcula, Amen.

TER-

TERTIVS Gradus.

ORATIO qualis esse debeat, fructu ipsius, & quid Horæ Canonicæ, &c.

ORatio est pius affectus mētis in deum tendens, plerunq; ne pigritetur in uocem prorumpere, uel secundū Augustī. in sermo. de ieiunio et oratione, Est inuisibilis inquisitio. Et Ambrosius: Oratio, inquit, est cibus mētis præclarus alimonia suauitatisq; mēbra nō onerans, sed in ornamenta conuertens. Sic Bernhardus: Oratio est hominis Deo adhęrentis affectio & familiaris quædā ac pia allocutio, & statio illuminatę mentis alfruendum Deo quamdiu licet. προσευχή. Oratio quid.

Hymnus. Canticum.

Hymnus est laus Dei cum cantico. Canticum autem est exultatio mentis habita de æternis, in uocem prorumpens. Est ergo oratio per exultationem iocunda Psal. 146. & per desideriũ æternorũ decora, &c.

Qualis oratio esse debeat.

Debet autem oratio esse discreta, ut patet Amos cap. 5. Auser, inquit, à me tumultũ tuorũ carminũ, unde Grego. in Mora. Illa uox deũ in tribulatione non inuenit, quæ eum in prosperitate contempsit, & quanto maiori tumultu cogitationum carnaliũ premimur, tanto arctius orationi insistere debemus.

Directa.

Adhęc ut oratio sit directa maximè requiritur, testante psalmographo: Dirigatur, inquit, oratio mea sicut incensum in conspectu tuo.

Psal. 140.

Deuota.

Præterea ut sit deuota necesse est, dicente eodẽ propheta Psa. 17. Cla-

mor

mor eius in conſpectu eius introi= uit in aures eius. Hæc inprimis aſſi dua eſſe debet Ieſaię ca. 23. Bene ca ne, inquit, frequẽta cãticum. Hinc Auguſti. de pœni. Medici. Oratio nes ueſtras, quãto crebriores habe tis, tanto ſanctiores habere debetis. Vnde Luc. 11. legimus, de eo qui amico petenti tres panes propter eius inſtantiã, non ſolũ tres dedit, ſed quotquot neceſſarios habuit. Similis eſt parabola ca. 18. Quãdo iudex iniquus uiduã propter eius inſtantiã exaudiuit, multum enim ualet oratio iuſti aſſidua, Iacob. ul= timo cap. Aſſidua.

Eſt autẽ multiplex fructus ora= tionis. Accendit deſiderium, unde 4. Reg. 1. & 3. Reg. 18. Deſcendit ignis ad orationem Helię. Cor ſere nat, unde quando tortuoſus ille ſa= Fructus orationis.

tã, impostor, agitabat Saul, 1. Reg. 16. Dauid in cithara canebat & bene erat ei: Casum cuitat, Esai. 48. Laude mea infrenabo te ne intereas, diabolum fugat, 1. Mach. 4. Tuba cecinerũt hij qui erant cum Iuda & congressi sunt, & contritæ sunt gentes et fugerũt in campum, nouissimi autem ceciderunt in gladio. Torporem animi excitat Eccle. 8. Ne impediaris orare semper: Veniã peccati impetrat, 2. Reg. 12. De Psalmographo regio postquã orauit, audiuit, Translatum est peccatum tuum à te. Vitam ad pœnitentiã faciendã prolongat 4. Reg. 20. De Ezechia, cui facta oratione, additi sunt. 15. anni uitę eius. Sanitatem cordis impetrat Ecclesi. 38. Fili in tua infirmitate ne despicias teipsum, sed ora Deum, & ipse curabit te, Deum iratum mitigat, unde

Iob 3. in oratione perſiſtens, &c. Hinc etiã Zacharias orando Luc. 1. Iohannẽ impetrauit. Sapientiam & ſcientiam impetrat 3. Reg. 3. De Solomone. Et Iaco. 1. Si quis indiget ſapientia, &c. A carcere peccati liberat, unde Ionas ſecundo capite, Poſtquam orauit euomuit eum cœtus. Temporalia multiplicat bonis, & aufert malis, unde 3. Reg. 17. Helias oratione orauit & clauſum eſt cœlum & iterum orauit & apertum eſt 3. Reg. 18. Confortat & audaciã præſtat, ut Iudith. 9. cap. Opprobrium tollit, Tobi. 3. De Anna filia Raguelis. Pacem & quietem conſeruat, dicente Paulo, 1. Tim. 2. Obſecro primum omniũ fieri obſecrationes, orationes, poſtulationes, gratiarum actiones pro omnibus hominibus, pro regibus & omnibus, qui in ſublimitate conſtituti

sunt, ut quietam et tranquillam uitam agamus.

Quemadmodum igitur ubi regina quæpiam ingreditur ciuitatem, necesse, ut omnis opulẽtia pariter consequatur, sic uidelicet, posteaquam deprecatio pia uenit in animam, omnes uirtutes simul ingrediũtur. Nam quod in domo est fundamentũ, hoc in anima est deprecatio, inquit D. Chrysost. lib. 1. de orando Deum.

Stata orandi tẽpora.

Legimus Danielem 6. capi. ter in die positis humo genibus, patrio ritu, mane, hora sexta, & nona precari consueuisse. Ecce stata orandi tempora: Etiam Susanna per uirtutem orationis à turpissima morte ac infamia est liberata, Daniel. 13. sic etiam Dauid, Quemadmodum enim

enim alij quidam reges incolumi-
tatis suę spem ponere consueuerũt
in militum peritia, & arte bellige-
rãdi, in sagittarijs, in cataphractis,
in equitibus, ita magnus ille Da- Dauid.
uid sanctis precibus mœnium uice
suum cinxit exercitum orando di-
uinam armaturam è cœlo deporta
uit. Etidem admirãdus Dauid (ut
alibi refert scriptura) Goliad illum
immanẽ, cum ueluti dæmon quis-
piam formidandus irrueret, preci-
bus deiecit, usq; adeò regibus qui-
dem aduersus hostes in prælijs ua-
lida arma sunt deprecatio. Vt eñ
arcus tensus rumpitur, sic animus
remissus frangit iram Domini.

Vnde ἱερώνυμος Stridonen- Hieron.
sis, qui feras & indomitas gentes
suo sancto dogmate mitigauit ac
sanctissima fide subiugauit, & qui

abiectis uoluptatibus, omnem uitę
cursum in uirtute cõfecit, nomina-
tissimus anachorites, ait: Mane est
hora tertia, cum spiritu sancto affla
ti sunt Apostoli, sexta cũ edendum
est. Sic Petrus apostolus uolens ci-
bum capere, ascendit circa horam
sextam in cœnaculum orandi cau-
sa, Act. 13. Nona, tum idem Petrus
& Ioannes perrexerũt ad templum
precandi gratia. Hora etiam nona
Dominus spiritum, &c. Matth. 27.
Hac etiam hora ueniunt gentes o-
perari in uinea Domini, Matth. 20.
Consule D. Cyprianũ (claruit An-
no 256.) ser. 6. de oratione Domini-
ca. De Matutinis præterea horis
contra sternutantes & pigros clarè
loquitur Psaltes egregius, Psal. 118.
Media nocte, inquit, surgebam ad
confitendum tibi. Et Psal. 133. & 6.
& 91. Memor fui in nocte nominis
tui

ni Domine. Et rursus alibi, In noctibus extollite manus uestras in sancta & benedicite Domino. Et alio in loco, Lauabo per singulas noctes lectum meum. An non Dominus Deus Israël percussit in medio noctis omne primogenitum in terra Aegypti? Et Christus Matt. 25. Media nocte clamor factus est. Et Dauid Psal. 81. Preuenì in matutinate & clamaui. Sic Petrus Acto. 12. Liberatus media nocte à compedibus. Rectè igitur Psalmographus Psa. 118. Septies in die laudem dixi tibi super iudicia iustitiæ tuæ. Cui succurrit illud D. Chrysosto. Homelia 56. Matutinas orationes, inquit, compleuerũt infra tertiam, sextam, & nonam, & uespertinas preces celebrant &c̃. Tempus ergo plurimum succurrit orationi, quia tunc inuenimur ab impedimentis Exodi 12.

digesti, dicente Dauide, Dirigatur Domine oratio mea sicut incēsum in cōspectu tuo eleuatio manuum mearum sacrificium uespertinum. Vnde Christus dimissa turba ascē dit supra montem ut oraret, uespere autem facto solus permansit. De horis illis Canonicis Epiphanius. Etiam hymni, inquit, in sancta Ecclesia perpetuò fiunt, & orationes matutinæ, & lucernales simul Psalmi ac orationes, &c.

Et quia oratio iusti cataractas cœli aperit ut pluat, Ecclesiasticus uult cap. 35. deprecationem humiliantis se penetrare nubes. Et Dauid uir secundum cor Dei Psa. 100. Respexit in orationem humilium, & non spreuit precem eorum. Et idem alio in loco in persona Christi Psal. 11. Propter miseriā inopum

&

et gemitum pauperum nunc exurgam dicit Dominus.

Exemplum est Daniel prophe- Daniel. 9.
ta Dei magnus, qui maluit emori, quàm triduo duntaxat arceri ab orando, nec enim hoc exigebat ab eo rex Persarum, ut impietatē admitteret, tantum illud obseruabat, si quis intra triduum quicquam peteredeprehēderetur, ab ullo Deo? rū aut hominū, præterquā ab ipso. Sed Propheta ne tantulū quidem temporis sustinuit ab orando cessare. Et Iosaphat, ut in libris Regum 4. Reg. 20.
habetur, timore perterritus totum se contulit ad orandū, ut totus homo interior colligat in se qui Deo debet offerri in oratione, ut uis rationabilis contempletur Dei sapiētiā, uis irascibilis magnitudinē, uis cōcupiscibilis bonitatem. Illo-

rum omnium meminit IVVIANVS Parthenopeus ad Statium Papiniũ: Cum ignoremus, inquit, quid agere debeamus, hoc solum habemus residui, ut oculos nostros dirigamus ad te, præter quem nullus est, solus enim claudit & aperit, &c̃.

Baruch 3. Sic pulsauit postes Domini propheta Baruch quando orauit, Domine omnipotẽs Deus Israël audi nunc & orationem mortuorum Israël, & filiorum ipsorum qui peccauerunt ante te. Et alius Propheta,
Threno. 3. Leuemus corda nostra cum manibus ad Dominum in cœlo. Sic Tobias cap. 16. iugiter exclamans, dixit: Ad Deum stillat oculus meus.
Hiere. 9. Et Hieremias, Quis dabit capiti meo aquam & oculis meis fontem lachrymarum? Si etenim (testis est Chry-

Chryſoſt. lib. 1. de orando Deum) Veſtitus hominis, ſi pedum inceſſus, ſi riſus dentium declarat qualis ſit, quemadmodum ſapiens dixit Solomon, Multo magis Deprecatio cultusq; Dei, ſignum eſt totius iuſtitiæ, cum ſit ornatus ſpiritualis, & diuinus. Et alio in loco Dauid, Pſal. 67. Cantate Deo, inquit, Pſalmum dicite nomini eius, iter facite ei, qui aſcendit ſuper occaſum, Dominus nomen illi. Tripliciter ergo laudatur Deus in Eccleſia, cantando, bene operando, predicando.

Tripliciter laudatur Deus.

Sic & Ezechias rex ſuperior emiſit in bello, quod illatũ eſt à Perſis, cum nõ armaret exercitum, ſed tantum preces opponeret hoſtium multitudini. Itidem & mortẽ effugit, ubi cum qua decuit religione ſe Deo proſterneret, ſolaq; deprecaPreces arma regum olim.

tio regi dedit, ut reuiuiſceret. Vn
de Iſidorus in 3. de ſum. bo. capi. 7.
ait: Hoc eſt eius remedium qui ui
tiorũ tentationibus æſtuat, ut quo
tiens quolibet tangitur uitio, totiẽs
Deo ſe ſubdat ad orationem recur
rendo, quia uitiorum frequens ora
tio impugnationem extinguit, ca
nente latiſona laude Dauide Pſal.
119. Ad Dominum cum tribularer
clamaui & exaudiuit me. Rectè
itaq; D. Chryſoſt. lib. 1. de orando
Deum: Cum uidero quẽpiam, in
quit, nõ amantem orãdi ſtudium,
nec huius rei feruida uehementiq;
cura teneri, continuo mihi palam
eſt eum nihil egregiæ dotis in ani
mo poſſidere. Rurſus ubi quẽ con
ſpexero inſatiabiliter adhærentem
cultui diuino, idq; in ſummis dam
nis numerantem, ſi non continen
ter orauerit, coniecto talem omnis
uirtu-

uirtutis firmum esse mediatorem, ac Dei templũ, &c. Hactenus ille.

Sic Ieremias (sanctificatus antequam natus) lugens futurã Hierosolymæ euersionem, nullas efficatiores fore credidit preces, quâm quæ nocturno tempore factæ fuissent. Ideò cõsurge, inquit, lauda in nocte, in principio uigiliarũ effunde sicut aquam cor tuum ante conspectum Domini. Et in Euangelio legimus, pastoribus uigilias noctis agentibus Angelo adueniente Saluatoris natiuitatẽ fuisse nũciatam. Paulus apostolus Actor. 15. cum Syla discipulo in carcere ambo positi, media nocte Deo laudes decantarunt, et ecce carceris fundamenta quassantur, ostia reserantur, uincula soluuntur, et ipsi non refragante, sed rogãte magistratu liberi dimittuntur.

Threno. 2.

Luc. 2.

Basilius Anno. 380.

De huiusmodi horis Canonicis loquit Basilius in Neocęsarea epi-sto. 63. Cōsuetudines, inquit, obti-nētes nūc in oīmibus Ecclesijs, con-sonæ sunt. Ex nocte enim consur-git ad nos populus ad domū oratio-nis, et in labore, ac tribulatione, & assiduis lachrymis cōfitētes Deo, postremum surgentes ab oration-ibus ad psalmodiam perueniunt.

Hiero.

His etiam pariformiter consentit alibi D. Hiero. ad Eustachium, de custodienda uirginitate, dicens: Quanq̄ apostol9 orare nos semper iubeat, & sanctis etiā ipse somnus sit oratio, tamen diuisas orandi ho-ras debemus habere, ut si forte fue-rimus aliquo opere detenti, ipsum nos ad officiū, tempus admoneat. Horam tertiam, sextam, nonam, diluculum quoq;, & uesperā, ne-mo est qui nesciat. Hactenus ille.

Decet

Decet igitur, nos à Christo do-
ctos, cum precatione uitæ cursum
peragere, atq; hac mentem assidue
rigare. Siquidem hoc omnes homi-
nes, non minus opus habemus,
quàm arbores aquarum humore.
Neq; enim ualent illę fructus pro-
ducere, nisi bibant humorem radi-
cibus, neq; nos preciosis pietatis
fructibus poterimus esse grauidi,
nisi precibus, inquit Chryso. irrige
mur. Quapropter oportet, et stratis
relictis, diuino cultu præuenire so-
lis exortum, et cum ad mensam ac-
cedimus, & cũ nos ad nocturnam
quietem recipimus. Quin potius
oportet, singulis horis unam preca
tionem offerre Deo, ut orandi cur-
sus diei cursum æquet. Dic mihi,
obsecro, qua fronte solem intue-
beris, nisi prius adoraueris, qui lu-
men illud dulcissimum oculis tuis

Chryso. li. 1. & 2. de orãdo deũ.

mittit? Quo pacto frueris mensa, nisi prius adoraueris eum, qui tibi tantum bonorũ largitur ac suppeditat? Qua spe trades teipsum nocturno tẽpori, qualibus cũ insomniijs putas tibi rem fore, ni teipsum præmunieris orando, sed incustoditus ad somnum accesseris?

Iacobus. Sic Iacobus iunior qui Hierosolymitanæ dioceſi præfuit, aliâs frater Christi dictus, ortus enim ex sorore uirginis, testis est Egesippus, intẽtus orationibus erat, cui etiam ob assiduum orandi usum, genua in camelorum speciem occalluerunt, nullum nouerat aut uini aut carnis usum, intonsus, unguenti et balneo expers, quem demũ Iudęi è pinnaculo Templi præcipitatum, quòd Christum prædicasset fullonum fuste mactarunt.

Mul-

Multa sanè huiuscemodi in uetere lege. Nec noua magnificis caret exemplis. Constãtino Magno pugnam timenti, signum crucis (orauit autẽ) in cœlo monstratum est, & uox diuinitus audita quę dicit: In hoc Cõstantine uince. Non est abbreuiata manus domini quã uis elongata à nobis misericordia sua propter peccata nostra, sed propiciabilis Dominus Deus noster et multũ ad ignoscẽdũ, si redierimus ad eũ supplicationibus nostris, & ipse ad nos redibit facile, per humiliationẽ placabimus quem per contumatiam irritauimus, qui ut primum nos uiderit humiliato corde, mox odium in nos conceptum mutabit, &c.

Notandum etiam est precationes intensas cõmune esse opus an-

gelorum, quemadmodum & hominum, neq; quicq; interest inter naturam nostram & illorũ duntaxat quod attinet (inquit Chrisosto. prædicto loco) ad deprecationem. Hæc te separat ab mutis animantibus, hęc te sociat angelis, & quemadmodum ciuitas quę muris cincta non est, facile uenit in potestatem hostium, propterea quod prorsus absit, id quo fuerat hostium incursus arcẽdus, sic & animam non munitam precibus, diabolus facile in suam redigit ditionem, nec multo negocio omni genere scelerum implet. Nam primum quidem ad animã precibus cõmunitam, non audet propius accedere, metuens robur ac fortitudinẽ, quam illi deprecatio submínistrauit, magis uegetans animũ, quàm cibus uegetat corpora. Et quemadmodum qui

cum

cum rege colloquuti sunt, & ab hoc sermones placidos honoremq; sunt consequuti, non dignantur in contuberniū uenire mendicorum & abiectorum hominum. Ita qui cū deo cōfabulat9 est, eiq; sua uota protulit, nequaq; dignabitur mali & impij spiritus familiaritatē admittere. Iam uerò si quis dicat animæ neruos esse deprecationē, mea quidem sententia, uidebitur uerum dicere, nimirum quemadmodum corpus neruis cohæret, currit, stat, uiuit, & cōpactū est, adeò, ut si neruos incideris, uniuersam corporis harmoniam dissolueris, itidem animæ per sanctas preces, sibi constāt, & cōpinguntur, ac pietatis cursum facile peragunt. Quòd si teipsum destitueris precatiōe, perinde feceris, ac si piscem ex aquis extraxeris. Vt enim pisci uita est aqua, ita tibi

deprecatio, per hãc datur uelut ex aquis subuolare, cœlũq; transcendere, ac Deo proximum fieri, &c.

Matth. 6. Christus præterea suos inflammans orare docuit. Dixerunt discipuli ad Dominum, Domine doce nos orare, & dixit illis, cum oratis dicite:

Sydereo genitor residens in uertice cœli,
Nominis oramus ueneratio sanctificetur,
In nobis pater alte tui, tranquillaq; mũdo
Aduenies cq; regnicq; tui lux ampla patescat
Sic cœlo ut terris fiat tua clara uoluntas,
Vitalisq; hodie sancti substantia panis,
Proueniat nobis, tua mox largitio soluat,
Innumera indulgens erroris debita praui,
Et nos haud aliter concedere fenera nostris
Tetri sæue procul tentatio dæmonis absit,
Eq; malis tua nos in lucem dextera tollat,
Sic enim genitor populis delicta remittet,
Si uestra alterni, nobis peccata uelitis,
Cedere nec durum erratis tendere pectus.

Hactenus Iunẽcus poẽta Euangelicus presbyter Hispanus Euangelia

lia uersibus composuit Anno Domini.334. Hæc igitur iusta petendi regula,& certa obtinendi ratio est.

Est autẽ Deus,pater omnium per creationem Ephes.3. Specialiter uero iustorum per adoptionem Luc. 11. Singulariter Christi per generationẽ Matth 11. Nam per hoc quod dicit,Pater noster qui es in cœlis, dehortatur nos à superbia, ne dicamus pater mi, repręsentantes proprium quod est commune. Pater nost. quomodo sit Deus.

Imò etiam pro inimicis orãdum est,dicente Psalmista Psal. 6. Erubescant & conturbentur uehementer omnes inimici mei, conuertantur & erubescant ualde uelociter. In quibus uerbis inimicis optat, & precatur multa necessaria ad salutem per exteriorem erubescẽtiam, Pro inimicis orandũ.

correctionem, interioris culpę, unde Ecclesiasticus quarto capite: Est cōfusio, inquit, adducens gratiam et gloriā. Et Hieremias: Postquam ostendisti mihi, percussi femur meum, confusus sum et erubui.

Hiere. 31.

Sed dicet aliquis arduum nimis & difficile est, in eos beneuolētiam seruare & orare, á quibus grauiter offensus sum. Difficile quidē esse fatemur, impossibile negamus. Hoc fecit Dauid erga Saulem regem & Absalonem filium, utriusq; necem fleuit, cum uterq; uitæ eius fuisset insidiatus, & alter eidem gloriam militarem inuideret, alter regnum. Stephanus quoque prothomartyr pro illis á quibus lapidabat orauit. Et Paulus de ijs qui ipsi infesti erant, Cupio, inquit, anathema fieri á Domino pro fratribus meis, An-

te

ristos Dominus noster eis, à qui-
bus ut interimeretur comprehen-
sus fuerat, usq; adeò beneficum se
præstitit, ut uni eorũ abscissam au-
riculam statim restituerit, sanamq;
reddiderit, & discipulum Petrum
qui eam abscíderat, increparit. De-
inq; pro illis à quibus uincula, cola
phos, flagella, uulnera, fel, atq; ace-
tum passus fuerat, in cruce pendẽs
ignosci petijt, et errorem excusauit,
Pater, dixit, ignosce eis, quia nesci-
unt quid faciũt. Talem ergo se ini-
micis suis exhibuit charitatis magi
stet, quales nos, si perfecti fieri uolu
mus, esse debere præcepit. Nõ me-
retur dici eius discipulus, quisquis
aliter aduersus inimicũ suum ani-
matus fuerit. Ac ne quid excuses,
ne quid causeris, non iuberis in ho
mine amare odij crimen, sed Dei
opus hominem ipsum. Quomodo

autem Deũ díligis, ſi opus eius pe-
rire concupíſcis? Quàm uerò gra-
ue peccatũm ſit, hominem odiſſe,
omnibus ſatis perſpectum eſſe opi
nor. Idcírco nemo odío proſequen
dus eſt, qui ad imaginem & ſimili-
tudínem Dei creatus eſt, qui Chri-
ſti ſanguine redemptus eſt. Si ma-
lus, improbus, ſceleſtus fuerit, cura
ſi potes: ſi non potes, opta, et Deum
pro illo deprecare, ut dímiſſa ne-
quitia abiectísq; uitíjs ad uirtutis
uíam conuertatur & uíuat, nemi-
nem ſic odíſſe debes, ut nocere ue-
lis. Quòd ſi Dominus ſeruũ etiam
puniendo díligere debet, quomo-
do tibi fas erit ín conſeruum tuum
debacchari uel ſæuire uelle? Deus
ígitur uíndex eſt malorum, & ergo
uíndictam de iníurijs ſumere non
licet, hínc Canones 23. q. 1. c. quod
militare. Vindicta delínquentium
díuino

diuino reseruetur examini, &c. loquor autẽ de uindicta illegitima. Sic erat inter gentiles Socrates, testis est Seneca lib. 3. de ira: Hic deambulans colapho percussus nihil amplius dixisse fertur, nisi hoc, ô quàm molestum est quòd nesciunt homines quando cum galea uel sine galea prodire debent. Sic testis est Cicero, Cęsar nihil plus obliuio tradebat ac iniurias. Est enim eodem testante Seneca Epistol. 96. Iniuriarũ remedium obliuio. Eadem inculcat Achilles Agamennoni apud Homerum, dicens: iram pectoribus ipsa necessitate cohibeamus. Ego eam nunc depono, me enim minime decet implacabili semper ira excandescere, &c. Socrates. Cæsar. Iliad. li. 19.

Sic ergo Christus suis discipulis ut supra diximus, formam orandi

Ezech. 41. præscripsit, illud Ezechielis in memoriam reuocans: Et ostium lateris, inquit Dominus, ad orationē, ostium unum ad uiam Aquilonis, & ostium unum ad uiam Australem, & latitudinem loci ad orationem quinq; cubitorum, ostium uię Aquilonis secundū sacræ utriusq; paginæ doctores interpretes, est timor Domini. Ostium uiæ Australis est spes, per hæc duo intramus. Sed ad locum orationis quod est
Matth. 6. cor Domino dicente: Cum oraueris intra in cubiculum tuum, id est, in cor tuū reuertere, & clauso ostio ora patrem tuum. Quia uerò modus orandi gentilium informis erat penitus, nihilominus tamē pharisęis et scribis acceptus et usitatus, remouet eodem in loco modum & intentionem eorū ab oratione nostra, Gentiles uerò, dæmonum seruui,

ui, orabant in multiloquio confi- Gentiles triplici de causa orabant.
dentes, & hoc triplici de causa. Pri-
mò, ut Deos absentes ad se reuoca-
rent, 3. Reg. 18. Clamauerunt sacer-
dotes Baal de manè usq; post meri-
diē cultris & lanceolis (donec per-
funderentur sanguine) se inciden-
tes, dicentes: Baal exaudi nos, nec
exaudiebatur uox nec aliquis re-
spondebat, nec attendebat orantes,
quicum diu orassent, dixit Helias:
Deus enim uester est, & forsitan lo
quitur, aut in diuersorio est aut in
itinere aut certè dormit, ut excite-
tur. Secundò, ut per multiloquium
intentionē & desiderium ipsis ido-
lis suis indicarent: non enim intel-
ligunt cogitationes hominum aut
desideria nisi signis exterioribus.
Tertiò, ut uerborū compositione
& multiplicatione Deos suos ad
miserendum & compatiendum si-

bi inclinarent. Hæc parergôs.

Legimus prẽterea, ne hoc etiam omittamus, de quadruplici pane.

Quadruplex panis.

Primus corporalis, de quo Esai. 58. Frange esurienti panem tuum. Est & panis sacramentalis, Matt. 6. Est panis spiritualis, Matt. 4. Quartus cœlestis est, dicente Domino Luc. 14. Beatus qui manducabit panem in regno Dei.

Mod ũorationis ostendit mellifluus Augustinus Hippo. in Psal. 102. Qui indeuotus oratiudicium sibi postulat. Hic autẽ clamor potius fit corde q̃ ore, clamor tamen oris ualet ad pigritiam excutiẽdam & ad exemplum. Vnde Dominus noster, Heli Heli clamauit, & Paulus in diebus carnis suæ preces supplicationesq; ad Deũ cum clamore ualido

Clamor oris.

Matth. 27.

validó & lachrymis offerens exau-
ditus est pro sua reuerentia. Talis
enim oratio meretur exaudiri, &c.

Deduc, inquit Dominus) quasi torrentem lachrymas per diem & noctem, non des requiem tibi, nec taceat pupilla oculi tui. Et Ezec. 9. signa τοῦ τῦ super frontes uirorũ gementium & dolentium super cunctis abominationibus quæ fiunt in medio Hierusalem. Threno. 2.

Sic Paulus suas intensas & energicas preces ostendens, admonet Thessalonicenses, dicens: Sine intermissione orate, in omnibus gratias agite, q.d. intrate in cubiculum cordis et ostio sensuum intercluso, Deum patrem orate, non multiloquio, sicut Ethnici faciunt, ut diximus, qui putãt multiloquio exau- 1. Thessa. 5.

diri, sed in corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta: Deus enim non est exauditor uocis sed cordis, nec est admonendus clamoribus, quia renũ est scrutator & cordium, Ierem. 17. Quòd Anna typum gerens Ecclesiæ legitur obseruasse, quæ non petitione clamorosa, sed tacita deuotione, tacito impetu, impetrauit quæ petijt, 1. Reg. 1. Vnde Dauid Psal. 4. Dicite in cordibus uestris & in cubilibus uestris compungimini. Et Hierony. ad Philip. Multitudine uerborum & lenocinio iratus Domini animus non flectitur. Et Isidorus lib. 3. de sum. bo. cap. 7. inquit: Neq; enim conciliat Deum multiplex orãtis sermo, sed pura sinceraq; mentis intentio.

Multitudine uerborũ Deus non flectitur.

Matth. 26. Tribus etiã uicibus, orauit Dominus, positis genibus, ut & nos à pec-

pectatis pręteritis ueniã, à pręsenti
malis tutelam, à futuris malis
tutelam deprecaremur. Similiter
omnem orationem nostram ad
personas, Patrem, Filium, Spi=
tum sanctum dirigamus. Ad hæc
contra tentationem triplicis pec
cati scilicet luxurię, auaritię, super=
biæ, clypeũ orationis opponamus.
Pręterea ut uirtute orationis tripli=
tem timorem, scilicet mortis, uilita
tis, paupertatis abijciamus. Ter e=
tiã orauit Dominus ut demõstraret
tria esse petenda in oratione, Pecca
torũ remissionem, uirtutũ conser=
uationem: gloriæ adeptionem, seu
omniam, gratiam & gloriam: uel se=
cundum aliquos, ut pro alijs simili
ter effundamus preces energiticas,
à turba secedentes, animæ salutem
querentes. Hoc enim significat al=
titudo montis, ubi fiducialiter sine

Tribus ui cibus ora uit Domi nus multis de causis.

Tria peten da in orati one.

hesitatione petẽdum est omnibus, dicẽte Iacobo: Qui indiget sapientia postulet eã à Deo qui dat omnibus affluenter, & non improperat & dabitur ei, postulet autem in fide nihil hesitans.

Quatuor modis excitat homo ad orãdũ.

Et idem Dominus Mar. 13. dixit discipulis: Vigilitate & orate, nescitis enim tempus, &c. innuens 4. esse quę excitare debeant hominem. Gallicantus, & est prędicatio uerbi diuini. Solis ortus, & est gratia Christi. Timor furis, & est consideratio mortis. Solicitudo rei familiaris; quæ est desiderium regni cœlestis Luc. 18. Et ergo iubet Dominus omnes semper orationibus intense insistere et non deficere, feruorẽ sic nobis incutiens, huic rei consensum præbent gentiles, inquit Ouid. lib. 2. de Ponto.

Gutta

Gutta cauat lapidē nō ui ſed ſæpe cadēdo.

Et idem in lib. de arte Aman.

Quid magis eſt durū ſaxo, qd molli⁹unda
Dura tamen molli ſaxa cauantur aqua.

Feruenter ergo orandum eſt, pigritia eiȝcienda: nam ignauis precibus fortuna repugnat, ait idem lib. 1. Meta.

Inquit D. Auguſtinus: Semper de peccato doleas & non doluiſſe doleas: bonū ſcutum enim oratio inquit Ambroſius, quo omnia aduerſarij ſpicula repellūtur, teſtis eſt Pſalmiſta: Inimici mei, inquit, detrahebāt mihi ego autem orabam. Etalibi: Sagittam Dei & iaculum dęmones uulnerans, uocat orationes pias. Vnde idem: Emitte ſagittas tuas & diſſipabis eos, fulgura multiplicabis & conturbabis eos. Auguſti.

Tres ſpecies orationis.

Cęterum ſciendum tres eſſe ſpecies orationis: Vna ſupplicatio, altera poſtulatio, ultima inſinuatio. Supplicationis tres ſpecies ſunt, uidelicet, Captatio, exactio, pura oratio. Similiter etiam poſtulationis tres: Obſecrare uehemẽter in neceſſarijs, rogare in mediocri re, petitio in minimis: Sunt itidem inſinuationis tres, quia aliquando fit cum timore, eo quod magnę ſit eminẽtię, uel interdum cum fiducia, ut Ioan. 2. Fili uinum non habent, aliquando cum contemptu, ut Miche. 7. Princeps poſtulat, & iudex in reddendo eſt, quod in hoc mũdo inoleuit non apud Deum.

Dominus inſuper etiam ſedulo cõmonet omnes & ſingulos quibus ea cura incũbit, ſicuti omnium orare eſt, ut non uocis tantum modulatione

dulatione, sed deuotiõe cordis debitum sue seruitutis pensum absoluant componentes se corpore pariter & mente, ait: Pulsate & aperietur uobis. Et Iacobus cap. 5. Orate pro inuicem ut saluemini, ualet etiã multum assidua iusti deprecatio. Vnde Paulus 2. Thessal. 3. Orate pro nobis ut sermo Dei currat & darificetur. Et idem Roma. 12. Solicitudine non pigri, spiritu feruẽtes, Domino seruiẽtes, spe gaudentes, intribulatione patientes, oratione instãtes. Sic Ionathas Machabæus a suis in prelio derelictus, Dei misericordiã orationibus pulsans, exauditus, uicit. Vnde Origenes in libri Numeri: Plus ualet, inquit, unus homo orando q̃ innumeri homines preliando. Hec ille. Hoc Ergo genus dęmoniorum Matth. 17. Mar. 9. aliâs non eijci potest, ni-

Luc. 11.

1. Mach. 11.

Origenes.

Nota

si per orationem et ieiunium. Idcirco si nos acedia torpentes in orationibus detinet, et somniculosa segnities illigat, feramus animo Christi laborem trium et triginta annorum indefessum, quem ut nos doceret doctrina et uitæ exemplo instrueret atq; instituret perpessus est, subeat mentem corpus eius columnæ alligatum, & à planta pedis ad uerticem cæsum, offerantur cordi fossæ manus, fossiq; pedes, crucisq; confixi, guttæ sanguineæ, oratio ad patrem, & nos pudeat molles semper ducere somnos, pudeat non rependere uices amoris, &c.

Oratio impia quando sit.

Sunt etiam qui uolunt uideri in suis precationibes, et hi impiè orant, dicente Domino: Cum oratis non eritis sicut hypocritæ. O quot inueniuntur, pergentes ad Ecclesiam seu fabri-

fabricam huius, legentes, genua flectentes, suspirantes: sic enim uidentur & sancti reputantur, talis oratio uana, meo iudicio, existimatur, maximè quando gemitibus cordis non ad superna ascenditur. Quòd etiam oratio somnolenta et tepida exosa sit Domino, constat in libro Apocalipseos cap. 3. Scio, inquit, opera tua, quia neque frigidus es neq; calidus, utinam frigidus esses aut calidus, sed quia tepidus es, incipiam te euomere ex ore meo, &c̃.

Causa autem nos ad orandum inducens debet esse iusta, & ad obtinẽda nobis uel alijs necessaria ad salutem animæ uel corporis, & ad Dei gloriam, iuxta illud Apostoli præceptum 1. Corin. 10. Quicquid facitis in gloriam Dei facite. Et Iob 42. Seruus meus orabit, & faciem

eius ſuſcipiã. Et Pſal. 33. Oculi Domini ſuper iuſtos & aures eius ad preces eorum. Et idem Pſal. 65. Fac mecum Domine ſignũ in bonum, ut uideant qui oderunt me, quoniã tu Domine adiuuiſti me & conſolatus es me, &c.

Congeries Exemplorum.

Sed quid indigemus exemplis & locis plurimis? Moyſes, Exo. 17. ille ſummæ bonitatis, ſummæ prudentiæ, ſummæ ſapiẽtiæ uir, ac qui uiuens in Dei opti. maxi. congreſſum colloquiumq; non ſemel admiſſus eſt, cultum gratũ exhibuit Deo, quando Iſraël pugnauit contra Amalec. Mulier Chananęa pro filia ſua, Matt. 15. Centurio pro ſeruo ſuo, Luc. 7. Paulus pro connauigantibus, Act. 27. Sic orante Samuele, 1. Reg. 7. Expugnauit Philiſteos. Raphaël angelus, Tob. 6. mo-

monuit Tobiam iuniorem ut ora-
ret ne dęmones in eum poteſtatem
haberent. Vnde Iſidorus li. 2. Soli-
loquiorum cap. 6. Immundus ſpiri
tus orationis inſtantia uincitur, dę-
monia oratione deijciuntur ac ſu-
perantur. Sic Izaack, Geneſ. 25. de-
precatus eſt Dominum pro uxore
ſterili, & peperit duos filios. Heli-
ſeus, 4. Reg. 4. Hoſpiti ſuæ filium
oratione impetrauit, quem mor-
tuum poſtmodũ ſuis orationibus
reſuſcitauit. Sic teſtante Luca cap.
5. & 6. Chriſtus exijt in montẽ ora-
re. Sic orando Ioſue retinuit ſolis
curſum, Ioſue 10. Madianitarum
caſtra pleniſſima & munitiſſima
cum 300. uiris diſſipauit Gedeon,
pulſauerat enim prius poſtes Do-
mini. Ammonitarum numeroſum
exercitũ cũ paucis ſuperauit Ieph-
te. Superbiſſimos Philiſteos ſolus

humíliauit Samſon. Nec in manu fœminæ (orauit autem) cum Deus uoluit uictoria defuit. Potentes in armis Chananæos exterminauit Delbora. Siſarem ducẽ exercitus interfecit Iahel, Iudi. 4. &c̃.

Acto. 1. Orantes dixerunt: Domine qui noſtí corda hominũ, & infra: erant enim omnes unanimiter perſeuerantes in oratione. Et Hierony. ad Saluíniam de uíduitate ſeruanda. Semper, inquit, in manibus tuis diuina ſit lectio, & tam crebræ orationes ut omnes cogitationum ſagittę quibus adoleſcentia percuti ſolet huiuſcemodi clypeo repellantur.

Matth. 21. Quæcunq; petieritis, inquit Dominus, in oratione credentes, accipietis. Nullum enim credit niſi orantem ſalutẽ promereri, Auguſt. lib. de Eccleſiaſticis dogmatibus.

Et

Et Lucas alio in loco: Cū oraſſent, Acto. 4.
motus eſt locus in quo erāt. Eſt au
tem oratio, Animæ ſanctæ præſi- Oratio.
dium, angelo bono ſolatium, Dia-
bolo ſupplicium, gratum Deo ob-
ſequium. Vnde Chryſoſto. in Do-
minicam 4. Quadrageſ. Quis iu- Chryſoſt.
ſtorum, inquit, nō orando pugna-
uit, quis non hoſtem orando deui-
cit; quanto enim purior frequenti-
orq; fuerit celebrata oratio, tanto
celerior erit de inimico uindicta.

Locutus eſt Dominus Solomo 2. Paral. 7.
ni: Si clauſero cœlū, & pluuia non
fluxerit, mandauero & præcepero
locuſtæ ut deuoret terram, & miſe-
ro peſtilentiam in populum. Con-
uerſus autem populus meus ſuper
quem inuocatū eſt nomen meum,
deprecatus me fuerit, et exquiſierit
faciē meam, & egerit pœnitentiam

à uijs ſuis peſſimis, ego exaudiam de cœlo, & propitius ero peccatis eorum, & ſanabo terrã eorum, oculi mei erunt aperti, & aures meæ erectæ ad orationem eius. Sic & in orationis figura Hiericho corruit, Ioſuæ 6.

Ambroſi. Ambroſium Mediolanenſem Antiſtitem, hunc morem canendi ſcilicet hymnos & pſalmos, primitus in occidẽtalibus Eccleſijs inculcaſſe, teſtatur Auguſti. lib. 9. Confeſſi. Auguſti. Et alio in loco idem Auguſti. in ſerm. 226. de temp. Oratio iuſti, inquit, clauis eſt cœli, aſcendit gratia, & deſcendit Dei miſeratio. Eſt enim oratio pia animæ unctio, per orationes nobis utilia tribuuntur à Domino, & cũcta noxia fugãtur.

Chryſoſt. Magna arma ſunt oratio, inquit D.

D. Chrysostomus, si cum mente integra fiat. Hæc ille in Hom. 27. in cap. 11. ad Hebræos. Et idem super Mattheum inquit: Vis scire dignitẽ orationis? Mox ut de ore tuo processerit anima scilicet, suscipiũt eam angeli in manibus suis & offerunt ante Deũ. Et alibi super Mattheum idem sanctus uir: Qui orat & peccat, non orat Deum sed deludit. Et sicut nullum proficit in uulnere medicamẽtum, si adhuc in eo sit ferrum: Ita nihil proficit oratio illius cuius adhuc peccatum in mente uel odium permanet in pectore.

Isidorus in lib. de sum. bon. cap. 11. inquit. Fidei symbolũ & oratio Dominica pro tota lege paruulis Ecclesię ad cœlorum regna sufficit capescenda. Hinc sacerdos in Ec- Isidorus.

Versus orientem orare debemus.

clesia uersus Orientem orare solet, quia uisitauit nos oriens ex alto Zacha. 6. De quo legitur. Ecce uir Oriens nomẽ eius, cuius argumentum in lib. sapientiæ cap. 16. reperitur. Oportet, inquit, ad lucis Orientem adorare. Non quòd Diuina maiestas localiter in Oriente consistat, quæ tamen essentialiter est ubiq; iuxta illud Phocylidis πάντη γὰρ ἔστι πανταχοῦ βλέπων θεός. Cœlum, inquit Dominus, & terram ego impleo. Sed quia timentibus Deum sol oritur iustitię, qui illuminat omnem hominem uenientem in hunc mundum. Vnde Augustin. de sermo. Domini in monte lib. 2. Cum ad orationẽ, inquit, stamus, ad Orientem conuertimur.

Hiere. 23. Ioan. 1.

De Sacrificio uespertino consule Ambrosium in Psal. 118. to. 4. fo. 481.

Ambrosi.

411. ad quem te remitto.

Commendat etiam orationem autoritas canonica, in C. si quis. 36. di. et c. duo sunt 12. q. 1. In quibus locis omnibus Leges iubent orationibus insistendum esse.

Horæ canonicæ quando, à quo, & quare institutæ.

Pelagius secundus Romanus, Anno Domini. 584. celebrãdas esse quotidie septẽ horas canonicas, (sacerdotibus presertim) statuit, ut lut presentaneũ remedium humane imbecillitati futurum, quo sicut iustus septies in die, quemadmodum ait Solomon Prouer. 24. fortè per inconsiderantiam cadit, ita per orandi curam, toties resurgat conualeatq;. Cũ septimò enim circuitu clangerent buccinis sacerdotes, postquam in aures multitudinis uox sonitus increpuit muri illi-

co corruerũt. Vel ut apertius dicã, Laudes matutinales, secũdum sanctos doctores, sumo diluculo conplemus, quia tunc resurrexit Dominus. Postea Primã, quia tũc traditus est Pilato. Deinde Tertiam, quia tunc clamauerũt Iudęi, Crucifigatur. Adhęc Sextam, quia tũc cruci affixus est. Postea Nonã quia tunc expirauit. Postea uesperas, quia tunc depositus fuit de cruce. Tandẽ & ultimo Completorium, tunc enim est sepultus Dominus. Matutinas uerò nocturnales cantat Ecclesia, ad designandum uigiliam Domini, & diligentiam Iudęorum in eius custodia, &c.

Cassianus. Rectè igitur Ioannes Cassianus lib. 1. Verum ne hoc quidẽ, inquit, ignorandum, die Dominico unam tãtumodo Missam ante prandium cele-

celebrari, in qua Psalmorum atq; orationum, seu lectionū pro ipsius collectæ uel communis Dominicę reuerentia soleñius aliquid ac propensius impendentes, in ipsa tertiā, sextamq; pariter consumatam reputant.

Dominus nō simulatā ac iactantem, sed simplicem orationem ac fidelē requirit, inquit D. Chrysosto. in Homel. 44. de Iohannis & Paulesto. Oratio simplex.

Cyprianus in li. de oratiōe dominica, inquit: Amica et familiaris est ista oratio Dominū de suo rogare. Et post idem: Qui fecit nos uiuere, docuit & orare, ut dum orationem quam filius docuit, apud patrē loquimur, facilius audiamur, et agnoscat pater filij sui uerba cū precem Cyprianus.

facimus, & cum ipsum habeamus aduocatũ apud patrem pro peccatis nostris, quando peccatores pro delictis nostris petimus, aduocati nostri uerba promamus, &c̃.

Hierony.

Diuus Hiero. rogatu Damasi sum̃i pontificis, qui anno mundi claruit 5573. digessit Psalterium in septem partes ad numerũ dierum unius hebdomadæ, hinc emergit orationem uocalem ad quampluri ma ualere. Est enim satisfactio pec catorum oris. Item mentem excitat, dæmones effugat, exemplum proximi, gaudium angelis, ligatio cordis ad os. Vnde quidam,

Oratio uocalis ad q̃d ualeat.

Oris in emenda uox est orando ferenda,
Fugilat mẽtẽ, fratrẽ monet, effugat hostẽ,
Angelus aggaudet orans os corq̃ ligatur.

Cæterum ultra hos proferatur author

author non solum literis clarus sed qui martyrio etiam et sanguinis sui effusione Christi ueritatem confirmauit. Pontianus igit martyr, nam de illo mihi sermo est (Anno. 224.) statuit Psalmos die noctuq; in Ecclesia cantari, hinc causę traduntur quare in Ecclesia orandum sit, uidelicet propter loci sanctitatē quā ex dedicatione sortita est. Et propter maiorem deuotionem habendam, insuper etiā propter uitādum scandalum & malam suspitionem, unde Isidorus lib. 3. de sum. bo. ait: Licet in oīi loco possit orari (dicit Lucas Act. 17. Deus qui fecit mundum & omnia quæ in eo sunt, hic cœli & terrę cum sit Dominus, obijcitur, non in manufactis templis habitat, nec manibus humanis colitur indigens aliquo. Et 3. Reg. 8. Si cœli cœlorū, dixit Solomon, te

Pontianus.

Cur fiant preces in domo Domini.

Obiectionis solutio.

capere non possunt, quantomagis domus hæc quam ædificaui tibi?) tamẽ locus secretꝰ est aptior quàm publicus quò ad maiorem quietudinem mentis. Iisdem cõsentit Damascẽ. lib. 1. cap. 16. Approbat eadem Dominus in Esaia cap. 56. Domus mea domus orationis uocabitur, uos autem fecistis illam spelunca latronum. Et Psalmista: Adorate Dominũ in atrio sancto eius. Et Hiere. 31. Surgite & ascẽdamus in Sion ad Dominũ Deũ nostrum. Sic in libro Geneseos cap. 35. Mundamini & mutate uestimẽta uestra, & surgite ascẽdamus in Bethel, mystícè Ecclesia Dei est. In Ecclesijs, inquit Dauid Psal. 67. benedicite Domino. Et Oseę 12. Fleuit et rogauit eum & in Bethel inuenit eum.

Ignatius. Sic Beatus Ignatius ad Magnesianos

sianos Epistо. 2. Inquit: Omnes ad orationem simul cõnenite, una deprecatio sit cõmunis, unus animus, una spes, dilectio immaculata in fide Iesu Christi, qua nihil aliud melius est, omes adunati ad templum Dei concurrite, sicut ad unum altare, sicut ad Iesum Christum pontificem ingeniti Dei patris. Collectæ orationes.

Et Dydimus ad Alex. ait: Deus propiciatur orantibus. Dydimus.

Vigilias & matutinas mire insequutus est uigilãtius Lethargicus, ingratus Ecclesiæ Dei alũnus, sed occubuit, qui eñ in Ecclesia Christi dolos struit, sibi insscius malum fabricat. Vigilãtius hæresiarcha.

Paulus uerè Saulus Samosetanus pessimus hæresiarcha, testis est Paulus Samosetа.

Euſebius lib. 7. Eccleſi. Hiſt. Pſalmos Chriſto dicatos ceſſare fecit, uelut nuper inuẽtos. Etiam noſtris temporibus, multis in locis, & collegijs, ceſſant ieiunia, ſilẽt Eccleſię ab Hymnis & cãticis, cum interea Iudæorum ſynagoga non taceat, ò dedecus.

Gentiles orant. Vt etiam cauillatori ruborẽ incutiant gẽtiles, audiamus quid ſenſerint ipſi de intẽſis præcationibus.

Plato. Ait Plato in 1. Timei. In õnibus rebus agendis diuinam opem implorare debemus, & ſubiungit: Sit ergo noſtris precibus comprehenſum maximè quidem ut ea dicãtur à nobis quæ placeant Deo.

Boetius. Boẽtius in 3. de conſo. inquit. In Deo preces ueſtras ponite, quæ ſi rectæ

rectę sunt inefficaces esse non pos-
sunt.

HORATIVS,

Carmine dij superi placāt carmine manes.

IVVENALIS,

Orandū est ut sit mēs sana in corpore sano.

OVIDIVS in 1. de arte ama.

Flectitur iratus uoce rogante Deus.

Atq; hoc ipsum redolent hi uersus eiusdem Ouidij in Ponto.

Confugit interdū tēpli uiolator ad aram.
Hic petere offensi numinis instat opem.

Idem in 5. de Tristibus,

Sæpe Iouē uidi, cum iam sua mittere uellet
Fulmina, thure dato sustinuisse manum.

Xenophon Socratis discipulus tępore Cyri, cum sacrificaret Dijs coronā in capite habens deposuit, & postquam maiorem inter filios cecidisse misere, tāmen fortiter in profligatione cognouit, tamē non ob hoc ab oratione cessauit sua, ac sacrificio. Xeno[illegible] Val: [illegible] lib. 5. [illegible]

Pythagor. Pythagoras pbilosophus Samius, Demarati negociatoris filius, asseruit duorum temporum maximè habendam esse curam, Manè quid acturi sumus, serò quid fecerimus, iugiter orandum esse insinuans.

Ouidius lib. 9. Meta.

Petite quod fas est.

CATO,

Quod iustum est petito uel quod uideatur honestum.

Nā stultū est petere quod possit iure negari.

Cleobul. Cleobulus Lydius tempore Sedechiæ regis, dixit: εὐχῆς γὰρ οὐδὲν ἐστὶ τιμιώτερον, id est, deprecatione nihil est præstantius.

Socrates. Socrates humanæ sapiētię quasi quoddam terrestre oraculum nihil ultra petendum à Dijs immortalibus arbitrabatur, quàm ut bona tribuerent, quia hi demum scirent

rent quid unicuique esset utile.

PROSPER,

Cũ deus effectũ precibus nõ præstat iniquis
Multum concedit dum nocitura negat.

Reuertitur autẽ homo ad Deum per orationes: quò perueniens (inquit Plato in Phœdro) sistit equos, & cubiculum symposij intrat, ubi pascitur ambrosia & potatur nectare. Ideo qui uirtutem aliquam possidere cupiunt, orare debent, & supplicandum crebrò ad eum qui in se omnem continet uirtutem. Plato.

Iam uerò quòd animam peccatis obnoxiam, deprecatio facile purum reddat, docet nos Publicanus ille, qui petijt â Deo remissionem peccatorum, & impetrauit. Docet & leprosus, qui simul ut procidit ad pedes Domini, mũdatus est.

Quòd si Deus corpus morbo corruptum celeriter sanauit, multo magis animã, nobile illud inferorum ꝑpolium, quæ morbo tenetur, humaniter sanabit. Etenim quanto ꝑcioſior eſt anima corpore, tanto magis conſentaneũ eſt, hanc Deo maiori curæ futurã, uerum aliquis forſitan ex eorum numero, qui ſocordiæ ſegniciæq; dediti, nolũt attente ac diligenter orare, obijciunt enim, Scriptũ eſt: Non omnis qui dicit Domine Domine, intrabit in regnum cœlorum, ſed qui facit uoluntatẽ patris mei qui eſt in cœlis. Atqui ego ſi crederem ſolam precationem ad ſalutem noſtram ſuffi cere, non iniuria ſermonem hunc nobis obijceret aliquis. Nunc cum profitear deprecationem caput eſſe (teſtis eſt Chryſoſt. lib. 1. de orando Deum) bonorum omnium, baſim

Obijcitur.

sim ac radicem uitæ frugiferæ, non est quód quispiam illis uerbis abutatur ad excusationem socordiæ. Cæterum precatio, ceu radix & basis, omnibus cæteris substernitur, nec secus ac nauem & domum, ea quæ substrata sunt, ualidam reddit ac ne soluatur continet.

Deprecatio bonorum omnium caput.

Sic legimus Christū quater plorasse (exemplum nobis dans sicut ille fecit nos similiter faciamus, Ioan. 11.) In natiuitate sua, Sapien. 7. primam uocem similem omnibus emisi plorās. Item super Lazarum Ioan. 11. Super ciuitatē Luc. 19. Et Hebr. 5. Super crucem, cum clamore ualido, & lachrymis offerens exauditus est. Et nos ergo propter quatuor plorare debemus. Pro miseriis in quibus sumus. Pro culpis quas commisimus. Pro incolatu

Christus quater plorasse legitur.

miseriæ. Et pro dilatione patriæ.

Lachrymarũ magna uirtus est.

Magna uirtus est, inquit Athanasius de uirginitate, lacryma, ingens benefactum, magnaq; peccata & iniquitates lachrymis abolentur. Testimoniũ mihi præbet sanctum Euangelium. Cum enim seruator traditus esset Iudæis, tum Petrus illum cum iureiurando ter abnegauit, priusquã cantaret gallus. Sed Christus conuersus intuitus est Petrum, & recordatus est Petrus uerbi Domini, quomodo dixisset ipsi, Priusquam cantet gallus, abnegabis me ter. Et egressus foras, fleuit amarè. Vides remedium lachrymarum, uidisti qualem iniquitatẽ deleuerint. Quid eñ hoc malo peius, quòd ter cum iureiurando Dominum abnegauit, & tantam iniquitatẽ lachrymis deleuit. Vides quantam uim habeant lachrymæ. Nam

Athanasi.

illa

illa scripta sunt ad nostram correptionem, ut nos illa sequẽtes uitam æternam hæreditate possideamus, Roma. 8.

Sunt igitur quatuor genera lachrymarum, quarum humore rigari & fœcundari debet uinea cuiuslibet, primæ sunt pro incolatu huius miseriæ, & hæ potant sitientem animam testante Psalmographo, Psal. 79. Potum dabo uobis in lachrymis in mensura. Secundæ pro amissione gratiæ & commissione culpæ, & hæ lauant immundam, Psal. 6. Lauabo per singulas noctes lectum meum, lachrymis meis stratum meum rigabo. Nec id faciebat Dauid per unam noctem, ut altera desisteret, neque sic per duas tresue, ut interim deficeret, uerum singulis noctibus id faciebat, La- Lachrimarum quatuor genera.

1

2

uabo enim, inquit, per singulas noctes lectum meũ, et lachrymis meis stratum meum rigabo, uidelicet, ut sancti Patres uolũt, lachrymarum ubertatem exprimens simul et perpetuitatem, quum omnes quietem & ociũ agerẽt, solus ille tũc Deum interpellabat, & aderat expers somni oculus plorãti, lamẽtãtiq; suaq; profitenti mala. Talem tu quoque tibi, pie Lector, parato lectũ. Nam lectus argento obtectus quum inuidiam hominũ accersit, tum iram supremi numinis inflammat. Cæterum tales lachrymæ quales erant Dauidis, ipsum etiam gehennæ incendium norũt extinguere. Vis tibi ut alium commonstrem lectum
Genes. 28. Iacob? Solum habebat substratum & lapidem capiti suppositum, eoq; uidit illum intelligibilem lapidem, easq; scalas per quas ascendebant

ac

rcdeſcēdebāt puri ſpiritus angeli. Huiuſmodi ergo lectos excogitemus, ut eiuſmodi uideamus inſomnia, &c. Tertię pro horrore gehennæ, & hæ humectant animam aridam, unde Pſalm. 114. Eripuit animam meā de morte, oculos meos à lachrymis, pedes meos à lapſu. 3.
Quartę, pro deſiderio patriæ, & hę 4.
imigant iam fœcundam, unde Pſa. 136. Super flumina Babylonis illic ſedimus & fleuimus dum recordaremur Sion.

Sunt autem lachrymę, humidę, abluunt enim ſeu abſtergunt ſordes peccatorum, & reſtituunt perditum Baptiſmum. Sunt ſalſæ, ut carnis fluxum & dulcedinem temperēt uoluptatum. Sunt & calidæ, ut prævaleant contra infidelitatis frigus. Sunt & puræ, ut mundatis

Pœnitẽtia. priſtinis erroribus, in puram reſtituant conuerſationem. Eſt ergo lachrymas effundere ſeu pœnitere pœnam tenere, ut ſemper quis puniat in ſe ulciſcendo, quod commiſit peccando. Hanc Græci dixerũt μετάνοιαν, tranſmentationem, & nouam uitam, & à uitijs ceſſationem. Si autem pœnitentia nihil aliud eſt (ut quidam ſomniant) quàm reſipiſcentia, cur Niniuitæ lachrymas effuderunt: &c.

Dominus multis de cauſis in uocandus. Multis pręterea modis inuocandum eſſe nomen Domini conſtat. Quia timendus eſt, Pſal. 98. Confiteantur nomini tuo magno, quoniam terribile & ſanctũ eſt. Secundo, quia ſummum bonum. Tertio, quia uult à nobis laudari. Quarto, propter uiam quam nobis indies oſtendit, quam ſcalam uidit Iacob.

Hic

Hic Deus noſter nos creauit, Pſal. 99. Scitote quoniã ipſe eſt deus qui fecit nos & non ipſi nos. Hic dat escã omni carni, Pſal. 135. per quem animalcs eſurit. Omnes ſuſtinet, portans omnia uerbo uirtutis ſuæ, Hebræ. 1. Qui pro omnibus guſtauit mortem, Hebr. 2. Et ideò in umbilico terræ paſſus eſt. Qui paratus eſt omnes ſuſcipere, Acto. 10. In ueritate comperi quòd non eſt perſonarum acceptor Deus, ſed in omni gente qui timet Deum & operatur iuſtitiam. Qui dat omnibus affluenter, & non improperat, Iacob. 1. Diuidens ſingulis prout uult. 1. Corin. 12. Qui omnes docet, unus magiſter noſter, in cuius circuitu omnes populi ſui, Pſa. 124. Cuſtodiens omnes diligentes ſe, Pſal. 144.

Et ut multa exempla etiam gen-

tilium, cum sacræ scripturæ locis omittamus, ualde necessarium esse opinor, semper cum instantia maxima non ad Venerem (quam Assyrij Mylittam uocant) sed ad Dominum Deum Opt. Max. Patrem omnipotentem, per Christum filium suum unigenitum, Dominum nostrum, orandum esse, & petendum id quod iustum est, concernens aut Dei gloriam, aut animę salutem, proximi ædificationem. De iniuste enim petentibus loquitur Dominus Ioã. 9. Scimus quia peccatores Deus nõ exaudit. Et Threnorũ tertio: Nos inique egimus, & ad iracundiam prouocauimus te, idcirco tu es inexorabilis. Et Ezechie. 22. Quęsiui de eis uirũ qui interponeret semetipsum sepem & & staret ex opposito contra me propter terrã ne dissiparẽ eam, & non inue-

inueni, et effudi super eos indignationem meam, & in igne iræ meæ consumpsi eos

Eà propter quando omnes resolutioni propinqui sumus, necesse uorationibus energiticis incũbamus. Quis enim in hoc nascitur orbe, qui non assidue uideat, mortem sibi paratissimam esse, nisi hoc ordinasset ille supremus apex mundi melioris? Aut nos in hoc orbe fœlicitatem nobis omnem propositam existimaremus? Corruunt ergo quæ sunt in hoc orbe singula, nec cuiquã suæ uitæ certus est dies unus, dicente Basilio: Semper, inquit, ante oculos tuos uersetur ultimus dies, & cũ diluculo surrexeris ne ad uesperam confidas peruenire, & cũ quiescens in lectulo mẽbra posueris, de lucis ne cõfidas aduentu, & facilime potes refrenari à ui-

Conditio humanæ miseriæ.

tijs, &c. Hactenus ille. Quid quòd ea quæ uidentur diutius duratura, continuo euanescunt? Nam quæ fiunt quasi nunquam ruitura mœnia nobilissime fundata, superbissi meq; instructa, quasi ad cœlum cer uices erigentia, multis temporũ dif ficultatibus æquãtur solo. Vbi nũc Thebæ (Διόσπολις) Busiridis il la tam magnifica, tãtoq; splendore domorum exornata? ubi granaria Pharaonis? ubi Pyramides Babylo niorũ? ubi Colossus Rhodius? Sed ubi Græcia, ex qua tot tantiq; du ces, uiri in omni genere laudis præ clarissimi prodierunt? Vbi Argos cum suo Inacho? ubi Mycenę cum suo Agomeñone & Menelao? ubi Pthiæ cum suo Achille? ubi Pylos cum Nestore? ubi Ithaca cum suo Vlisse? ubi Corinthus cum suo Periandro? ubi Lesbus cũ suo Pitta

co?

cō: ubi Miletum cū ſuo Thalete: ubi omnis Lydia cum ſuo Cræſo: ubi Malchuth Bablyth ſeu Babylō (cuius muri inter ſeptē orbis miracula annumerantur, bitumine, quod ex eo loco prouenit, ex parte magna conſtructi, latitudine pedū 50. Altitudine 200. quadrigas inter ſe occurrētes recipiebant, intus ornatipenſiles, & aureū Beli tēplum:) cū ſuo Nino et Ogdoo: ubi Perſarum palatia cum ſuo Cyro, Xerxe, Dario: ubi Macedonia cū Philippo, et Alexādro: ubi Spartani cum ſuo Lycurgo: ubi Lacedemones cū ſuo Hageſilao: ubi Thebę dentibus ſerpentinis procreatę cū ſuis Dijs Baccho & Hercule: ubi Athenienſes cum Themiſtocle, Alcibiade, Pericle, Solone, totq; illuſtribus uiris in omni uiuendi genere: ubi illa Indica ampliſſima Temiſtitan

cum ſuo Muteezuma & ſucceſſo-
ri Guantumucin: (hos autem re-
belles populos, uirtute bellica ſa-
cræ Cæſareæ Maieſtati ſubiuga-
uit lacertoſus heros Ferdinandus
Corteſius Hiſpanus Anno reſtau-
ratæ ſalutis 1521. die 13. Auguſti.)
Vbi illa uniuerſo orbi nota TE-
RAVANA antiquiſſima Mo-
rinorum urbs? Hęc autem ſumma
ui Anno 1553. die 20. menſis Iunij,
à Caroli V. Cęſaris milite expiditiſ
ſimo, magna obſeſſorũ ſtrage ex-
pugnata eſt, direpta eſt, incenſa eſt,
ac tãdem cum portis, uallis, muris,
turribus, cũctisq; ædificijs, radici-
tus excisa, funditusq; deleta eſt, ſic,
ut eius, quæ nullis unquam ration-
bus poſſe expugnari dicebatur,
uix iã ueſtigia deprehendi queant.
O horrendũ Dei aduerſus eos qui
humanis pręſidijs fidũt iudicium.

Vbi

Vbi denicq, ne omnia prosequar, illa prisca Barbarorū domitrix, Græcorum imperatrix, Latinorum mater, & totius orbis Domina cū suo Mutio, cum suis Horatijs, suis Brutis, suis Scipiōibus, suis Marcellis, Aemilijs, Fabijs, Metellis, atq; cū suis demū tot Cæsaribus: ueluti flores atq; uiolæ solent (quæ admiramur in mundo fucata illa meretrice, quæ prima fronte blāda nobis, & aurea occurrit, postea si propius inspexeris, magis ac magis tetra, puta, fellita sunt omnia) cuncta defloreſcunt, & à mane ad uesperum concidunt, atq; alia uitę pars aliam insequitur & pellit. Infantia quasi lepus, pueritiam quasi uenatorem effugit. Pueritiam pellit adoleſcentia. Huic inuidet iuuentus, hanc insequitur uirilis animus. Hæc uirilitas à senectute fugatur. Senectu-

Mundus fucata meretrix.

tem prædatur decrepitas, in quã fit
ut deueniat uita noſtra, ſuccũbetq;
deniq; morti, uel ut dilucidius lo-
quar, prima pars æui, quæ quidem
optima putatur, ſeſe neſcit. Mediã
protinus negociorũ tumultus, cu-
ræq; excipiunt. Extremam morbi
ac ſenectus occupat, ut de feliciſſi-
mis interim agamus, & certè quæ
nihil aliud eſt, quàm perpetuũ qui-
dam ad mortem curſus.

Corporis eſt etenim cõpages terrea noſtri.
Quæ ſenio tandẽ longaq; ætate fatiſcens,
Aut morbo labefacta graui, conuulſaue fato,
Præpropere uiridis primæuo ĩ flore iuuẽtæ
Corruit, in tenuẽq; iterũ reſoluta fauillam
Indicium, nãti qua ſimus origine, præbet.
Ne lurei quiſquã generis primordia iactet,
Naraleiue ſuos & auorum ſi emata dara
Oſtentet dumidus, quũ limo ſimus eodem
Ficti oẽs, ſimul, ætherea qui ueſcimur aura,
In limum exacto redituri ſtamine uitæ.

Mors omnia mordet, abſumit.

Hanc

Hanc Hectoris fortitudo non euitat, nec dexteritas (iuxta Meleſigenem) Achillis effugit. Nec Herculis robur, nec Phalaridis minæ, nec Ganymedis aut Helenæ pulchritudo, nec caſtitas Hypoliti aut Dianę, nec doctrina Socratis aut Platonis, nec prudentia Catonis, nec continentia Scipionis, nec carmen magni Homeri aut Maronis, nec oratio Demoſthenis aut Tullij, nec quiſquis in hac ualle lachrymarũ inter Gentiles uel ſplendidior fuit Lucillo, uel ditior Mida, uel maior animo quocũq; Iulio, potuit hanc mortis rabiem non guſtare, & breuiter,

Forma perit paſſim flos deflorеſcit et ætas,
Si quando ingruerint ferrea iura necis.
Sola ſibi conſtat uirtus ſola aſpera uincit. Nobiltas.
Quod non ſit cœcæ iureligata Deæ.

Itaq;

Itaq; recte Anaxagoras (philosophus Asiaticus, claruit Athenis eodem tempore quo Persarum rex Xerxes) audita morte filij, se nihil, inquit, uel noui uel inopinati accepisse, cum sciret illum ex se natum esse mortalem. Præclarè scribit B. Hieronymus ad Heliodorum de lachrymis Xerxis, qui ualidissimũ eduxerat exercitum in Græciam terra mariq; decies & septies centena milia peditum, & ultra octoginta milia equitum, sine cæteris administratoribus, in Abydone (nunc Turcis Bogazassar) quum uideret tantam hominum multitudinem, flere cœpit, quòd post 100. annos nullus eorum uicturus esset, imò post quinquennium non multi ex eis superstites euaserunt. Et Thraces quoq; traduntur defunctos per luſum & lætitiam terræ demandare so-

resolitos fuisse, quòd malis liberati in omni essent felicitate, contra ædi to puero, propinquos eum complo ratione prosecutos fuisse, quòd in humanas infinitas calamitates ingressus esset. Sed quid nos hæc ex priscorũ annalibus repetimus, cum notiora hodierna exempla sint? Nam si quis modo secum animo reputarit, quàm calamitosa sit hæc nostra omnis uita, quot periculis, quot morbis, quot casibus, quot curis, quot incommodis, quot uitijs, quot iniurijs sit obnoxia, quàm exigua pars eius nobis abeat, deinde q̃ fugax ac pręceps, propemodum etiam gratulabimur qui maturius eam reliquimus, hanc uitam mortalium dieculã unã appellat in Phœnissis Euripides ὁ βίος ἀλλ' ἐφήμερος, inquit, id est, non stabilis aut certus, sed diei unius. Sed me-

Quintilia. lib. 5. Pli. lib. 7. in prolo go.

lius Phalereus Eurípidẽ caſtigans, qui eam non potíus temporis punctum dixerit. Optime uerò Pindarus, qui uitam hominum, umbrę ſomnium appellauit. Hac hora reſolutionis ſcilicet, totus homo palleſcit, pedes frigeſcunt, infirmæ manus nigreſcũt, uultus diſcoloratur, oculi obtenebreſcũt & profundun tur, frons obturatur, membra rigeſcunt, mentũ ruit, labia infrigidun-tur, os contrahitur, halitus ex profundo ſeipſum recolligens deficit, & mox adſunt puncturæ mortis,
Cor. aculeum ſuum uſq; in cor (quod eſt primum uiuens & ultimum moriens) imprimentes. Proinde Socrates apud Platonis Phœdonem de immortalitate animarum commẽtatus optare ſe dicebat mortem, cum non niſi ea uia poſſet ad ſuperos proficiſci. Ita etiam Apoſtolus

dixit,

dixit, Cupio dissolui, & esse cũ Chri
sto, nihil enim stabile in hoc mun
do esse uas electionis perpẽdebat.
Et certè si penitus introspicimus
omnia sunt corruptioni obnoxia,
& fortunæ rota uolutantur. Quid
enim Abraham iustus & clemens? Abraham.
Et quis tam multa dura perpessus?
Nonne à paterno exulauit solo?
nonne à suis omnibus diuulsus est?
Nonne in peregrina regione famẽ
sustinuit? Nonne uelut erro quis
piam, subinde uertit solum, à Baby
lone in Mesopotamiam, inde in Pa
lestinam, rursus illinc in Aegyptũ?
Cæterum cum filium suum abdu
ceret, nonne quod est omniũ maxi
mè intolerabile perpessus est? Eum
suis ipsius manibus mactare iussus
quem adamabat, eum quem habe
bat charissimum? Quin & ipse im
molatus Izaack timore plen9, nõn- Isaac.

ne omi ex parte ſemper à finitimis uexabatur, adeò ut et uxore ſpoliatus fuerit quemadmodum patet?

Iacob. Quid porrò robuſtus Iacob in patrijs ædibus educatus, nònne grauiora & auus perpeſſus eſt? Quid

Dauid. autem Dauid? Quàm multas ſuſtinuit tragœdias? An non eadem dicit quæ Iacob, hunc in modum loquens? Dies annorum noſtrorum in ipſis ſeptuaginta anni. Si autem in potentatibus, octoginta anni. Et quid amplius illorum labor ac dolor Pſal. 89. Quid uerò Hieremias,

Hieremias. nònne diem ſuũ execratur, ob malis ſuccedentia mala? Quid autem

Moſes. Moſes manſuetus & miraculis clarus? nònne loquitur: Occide me, ſi ſic mecum acturus es? Cæterũ He-

Helias. lias, cuius animi ſublimitas, ut ſancti patres uolunt, ad cœlum uſque pertingebat, qui cœlum aperuit, an

non

non post multa ædita prodigia iu-
giter lamentatur ita loquens Deo:
Tolle animam meam à me. 3. Reg.
19. non sum melior patribus meis.
Sic inter Gentiles Cræsus Lydo- Cræsus.
rum rex cui tantus thesaurus erat,
uno die à Cyro Persarum rege tot
rantisq; diuitijs priuatus est. Hunc
quomodo Sarmatæ uicerint occi-
derintq;, & caput eius regina To-
myris in utrem humano sanguine
plenũ imiserit, primo historiarum
libro narrat Herodotus. Sic Cam- Cambyses
byses, hic quemadmodum regno
à Magis occupato, Acbatanis Sy-
riæ urbe decesserit, idem Herodo-
tus refert libro 4. Sic Pyrrhus, is Pyrrhus.
Argiuorum urbem incautius cum
exercitu ingressus, cum recipere se
in castra uellet magnanimus he-
ros, mulierecula quædam superiori
loco tegulam capiti eius ita impe-

git, ut tenebris ante oculos obortis ex æquo delaberetur, continuoq; a quodam milite Antigoni cui Zophyro nomen erat, occisus est, author Plutarchus. Quamdiu fretus est Darius Persarũ gaza? Quamdiu Lacedæmoniorum & Atheniensium respublica suis opibus potita est? Artaxerxes, qui cum tanto apparatu terra mariq; interminaretur in Græciã, minimo quodam nauiculę spacio contentus ad limites patrios rediit, omni exercitu deleto? Quis fuit Hannibali finis, qui perterrefaciebat orbẽ? Quis Pompeio? quis Cæsari? quis denique maximis regibus exitus? ut illud est Horatij in sermonibus,

Darius.
Artaxerx.
Hañibal.
Pompeius.
Cæsar.

Ad generũ Cereris sine cede et uulnere paud
Descendunt reges & sicca morte tyranni.

Quot reges, quot principes, quot etiam priuatæ uitæ homines uidemus

mus, qui auro, argento, cæterisq; abundant, & paulo post sæuiente fortuna nihil horum habẽtes aspicimus? Viden, O Germania, quot Græcorum olim potentissimi Monarchæ, nunc ab infestissimo Turcarum duce propulsi, sedibus incertis uictum uestitumq; mendicãtes euagentur? Qui si à principio uitæ diuitiarum et huius mundi instabilitatem cognouissent, eis hoc non accidisset: nam nec in fragilibus bonis spem ullam posuissent, nec se in superbiam pueriliter erexissent, sed prędecessorem suum sapientem illum Biantem studuissent imitari. Cuius cum patriam cœpissent hostes, cæteriq; ita fugerent, ut multa de suis rebus secũ asportarent, quũ esset monitus à quodam ut idem & ipse faceret, Ego, inquit, oẽia mea mecum porto. Nec non Marcum

Græci.

Bias contemptor diuitiarũ.

Marcus Curius. Curium Romanorum ducem, qui cum uidisset ad se uenisse Samnitum legatos auri magnum pondus adferentes, subridens dixit: Ite & Samnitibus nunciate Marcū Curiū malle diuitibus imperare quàm fieri locupletem. Non ignorabat enim nimiam possessionē diuitiarum esse uanam. Sic Giges Lydiæ rex præter omnes ditissimus, Apollinem cōsuluit, esset ne alter se beatior. Cui responsum est, Aglanum quendam senio confectum Arcadum pauperrimum, tenui paupertate contentū beatiorem esse. Non est igitur huiusmodi bonis fides adhibenda, nec patiendū nobis quotidie tam turpiter illudi. Sed quorsum attinet ista singulatim persequi? Paulus omnes simul complexus sic dicit: Circumierunt in pellibus ouium, in pellibus caprarum, egen-

Giges.

Aglanus.

Hebræ. 11.

egentes, afflicti, calamitosi, &c. Quòd si rectè etiam metimur uitæ nostræ cursus, diligenterq; intuemur unde uenimus, quóue pergimus, intelligere manifesto possumus nullam esse nobis in hoc orbe patriam: quas enim diuitias appellamus, ut Aurelius ait, uerè nō sunt sed summa instabilitas. Sic de Marius. Mario tyrannorū septimo dictum est, qui uno die factus est imperator, altero uisus est imperare, tertio interemptus est à milite. Et si uitæ mortalium penitus nil amaritudinis inesset, maximè huic quam hodie uiuimus, posset tamen nos cōpellere ut solutionē peteremus, quòd omnia mundana oblectamenta, in totū nihil aliud sunt quàm Empusæ seu Mormolyciæ. Recte ergo Socrates cū quereretur cuias esset, mūdanus sum respondit, declarans

non esse uirum graue atq; doctum alicuius urbis terminis, regionibus ue, finibus circũseptum, sed in uniuersum orbem (Mar. 16.) posse aperta fronte summaq; cum laude progredi, et ergo iure Hercules Argiuum se dixit, subdiditq;, sed omnis Græcia mihi patria est. Quòd si recte nos nouimus ut Apollo monuit, ex cœlo missi sumus in terris, uasa figulina natura, ut per eas peregrinantes in cœlum denique redi-
remus, ubi uera est nobis patria, in qua omnes hęredes futuri, & cohæ-
Roman. 8. redes Christi. Cum autem res sic se habeat, & nemo contrarium temerè affirmare audeat, nihil morte optabilius inuenire queo, quàm ideo Seneca tradit optimum naturæ inuentum. Ad quam in rebus deploratis decurritur tanquam ad ancoram, non tamen more uirginum illarum,

larum, quas ad laqueum mortis encomio Hegesias Cyrenaicus philosophus coegit, sed continuis ad Deum opt. Max. clamoribus. Superest ergo quando omnes calamitatibus omni momento obnoxij sumus, (& nemo dicente Seneca in Hercule furenti, tam diuos habeat fauentes, crastinũ ut possit sibi polliceri, ea enim lege nascimur ut omnes moriamur). Necesse ut confugiamus nostris profusis lachrymis ad misericordissimum Dominum Iesum Christũ sine intermissione. Cinis enim sumus & in cinerẽ conuertimur. At hic pius Samaritanus nunquam nõ exauditurus est omnem hominem peccatorem uere pœnitentem, & sic omnis qui inuocauerit nomen Domini & perseuerauerit, saluus erit, &c. Hæc tẽporis ratione magis attẽta, quàm Lucæ 10.

loci huius expostulatione dedita opera retulimus. Solet enim plærunq; Lectoris animum recreare uarietas, modo non nimis externa sit & remota. Itaque quæ hactenus dicta sunt, sufficiunt ad declarandum quanta sit uis & energia sanctæ deprecationis.

AD EVCHARISTIAM præparatio, in pedum lotione designatur.

Ioan. 13. SIMILE præparamentũ ostendit Christus, ut locupletior sim, quando lauit pedes Apostolorum suorum, suo exemplo nos informans ut similiter insistamus uestigijs. Sic autem in textu Euangelico diuus Ioannes intonat: Surgẽs à cœna, inquit, Christus posuit uesti-

stimenta sua, & cum accepisset lin-
theum præcinxit se, deinde misit a-
quam in peluim, et cœpit lauare pe
des discipulorum, & extergere lin-
theo quo erat præcinctus. Sed quã
do Spiritus uiuificans querendus 2. Corin. 3.
est, & non tantum litera occidens,
audiamus mysticũ illum sensum.
Nam sicut optima remedia maxi-
mè perniciem adferunt, nisi aptè su
mantur. Ita sacramentum altaris ci
bus rectè sumentibus, letale indi-
gne accipientibus.

Surrexit à cœna, sic insinuans, Surgere cũ Domino quid sit.
relinquẽda esse nobis peccata, non
tantum, quantũ ad actum, uerum-
etiam quantum ad uoluntatem fa-
ciendi, aliâs enim non erimus com
mensales Domini, dicente Domi-
no per Paulum 1. Cor. 10. Non po-
testis mensæ Domini participes es- Mensa Do mini.

Mensa diaboli.

se & mensæ Dæmoniorum. Sunt autẽ in mensa Diaboli diuersa fercula, quidam deuorant carnes putridas & sunt luxuriosi, superbi, auari, Luc. 14. Proue. 5. quorum cibus radix iuniperorum est, Iob 30. Qui pascuntur uento, Oseæ 12. De quibus Hier. Threnorum 4. cap. Qui nutriebãtur, inquit, in croceis amplexati sunt stercora. Ab hac ergo cœna, quæ peccandi fenestram aperit, occasionẽ præbet, surgendum est, qui prius Saulus & persecutor nunc sequatur Paulum, sit neophitus Ecclesiæ Dei alumnus. Surgat cum Publicano Matthæo impius usurarius, resipiscat cũ Zacheo auarus senex, sit liberalis erga Deum & proximum. Si cum Thoma hactenus dubitasti, iam & cum eodem credens Christum confitere, dicens: Dominus meus & Deus meus.

Mar. 9.

Luc. 19.

meus. Qui prius in tenebris ignorantiæ fuerunt, iam intelligentiæ donum attingant. Abominabile quidem est peccare in faciem Domini, sed horribilius perseuerare, magna quidem sunt nostra crimina, & à planta pedis usq; ad uerticem capitis nulla sanitas, sed maior imò maxima est Dei misericordia, Deus pater misericordiarũ est, miserationum suarum non est numerus. Spera in illo. Sperantes in Domino misericordia circũdabit. Cõsidera utrum tibi sit melius ueniam sperare ut Christi patrocinio subleuamẽ habeas, an desperare, ut eiusdem iudicio damnationem æternam incurras & pereas? Esai. 1.

Deposuit etiam Dominus uestimenta sua, & nos mali speciem, ueterem hominẽ, nuces, primam con Deponere uestimẽta.

uersationem & consuetudinem dicente Paulo. 1. Thessalo. 5. Ab omni specie mala abstinete uos, & Ephes. 4. Deponite uos secundum pristinam conuersationē ueterem hominem. Recte igitur Ionas propheta: Peruenit, inquit, uerbum ad regē Niniuę, uerbum scilicet comminationis ad rationem: et surrexit rex de solio suo, id est de peccato in quo prius gloriabatur et lętabatur, & abiecit uestimentum suum à se, id est, peccati speciem uel consuetudinem. Sic alio in loco per Zachariam Dominus auferre uestimenta sordida iubet, talē pœnitentiarium egit Iob 6. cap. Quæ prius nolebat, inquit, tangere anima mea, nunc præ Angustia cibi mei sunt, Dominus enim non uult mortem peccatoris, sed ut conuertatur et uiuat, ad ipsum dirigat gressus suos, &c.

Ionæ 3.

Zach. 3.

Ezech. 18.
Matth. 11.
Psal. 118.

Vt

Vt etiam præcincti sint lintheo necesse, id est, deposita ueteri consuetudine, debet induí noua & candida. Colos. 3. Expoliantes uos, inquit Paulus, ueterem hominem cum actibus suis, & induentes nouũ eũ qui renouatur in agnitione Dei, aliter enim nõ agnoscit Deus hominẽ nisi noua ueste indutum. Hæc uestis candida est innocentia, in his qui non peccauerunt, uel pœnitentia in alijs. Hac debemus ex omni parte & omni momento cingi et induí, dicente Psalmographo: Qui præcinxisti me uirtute ad bellum. Lintheum enim tergit & tegit. Sic pœnitentia tergit maculam peccati & tegit offensam dei, ne deus memoretur & uideat ad puniendum. Precingit autẽ se qui lumbos mentis & ferociam carnis refrenat, et impetus reprimit, qui itineri uer-

Lintheo se præcingere. Matth. 22. Psal. 17.

ſus cœleſtem patriam ſe accingit.

Mittere aquam in peluim.

Mittere uerò aquam in peluim, eſt compunctionem interiorem de peccatis in exteriori confeſſione oſtendere. Sicut enim peluis ſine aqua nihil ualet uel è conuerſo. Sic nec confeſſio ſine compunctione uel è conuerſo, dicente Hieremia, cap. 2. Effunde, inquit, ſicut aquam cor tuum. Omnes enim indigni ſumus, & nemo qui non peccet, nemo cui cum Centurione in Chriſtum credente dicere non conueniat, Domine, non ſum dignus ut intres ſub tectum meum. At in eo digni cenſemur, ſi pœnitẽtes, ſi confeſſi ſi humiles et ieiuni accedimus, concluſit quidem Deus optimus max. nos oẽs ſub peccato, ſed ſic, ut omnibus miſericordiam exhiberet.

Cœpit

Cœpit præterea lauare Christus discipulorum pedas, opera charitatis exercenda esse insinuans Matt. 19. Sic Tobias sepeliuit mortuos: Loth excepit angelos: Sareptana mulier Heliseum prophetã (ut innumeros transeam.) Scriptũ enim: Beatus qui miseretur super egenũ & pauperem in die mala liberabit eum Dominus, &c. Extergit igitur Lintheo qui cum Magdalena officiũ humanitatis exercet. Sic etiam cum illa in eleemosynas profluens erat Gotehildis regina uxor Clodouei. Sic coniunx Theodosij, per Xenodochia discurrens, suis manibus ministrabat infirmis, ollas eorum tergens, ius gustans, cocleraria offerens, panem frangens, cibosq; ministrans, calices abluens, &c. Sic B. Pulcheria omnia sua pauperibus dereliquit, quę imperator Mar

Lauare.

Magdale.

Gotehildis

Videhist. Eccles. trip. lib. 9. ca. 30.

Pulcheria

tianus cum multa essent, alacriter dispartiuit.

Sedere. Sedit illis transactis Dominus, & nos quũ legitimè certauerimus, cũ Christo, quia cohæredes, Matt. 5. Rom. 8. mãsiones possidebimus in patris sui regno qui in cœlis est, & est ęterna felicitas, animæ requies, corporis resurrectio ad uitam, ubi mutantur temporalia, caduca in sempiterna gaudia: conduplicabitur enim gaudium uerè piorum in ultima illa anastasi seu resurrectione.

Hæc est illa cœna in qua Christus Dominus passionis suæ tempore liberationem ab æterna morte transmisit fideli turbæ & creditu ris in se, & tunc instituit & præcepit in perpetuũ memoriale redemptio-

ptionis huius hoc sacrosanctū & augustum altaris Sacramentum. Hæc est cœna, inquā, Eucharistiæ in qua credentibus uera Iesu Christi caro cum sanguine apponitur, de qua ipse Ioannes 6. cap. In qua quidem cœna panis iste apponitur, qui de cœlo descendit, panis uitæ, qui dat mundo uitam, de quo qui mādducat, uitam æternam habebit, credendo, scilicet in eum, & Sacramentaliter uescendo. Nunc autem potius ab ieiunis sumi oportet, ut reuerentia singulari discernatur ab alijs cibis, quod Dominus Apostolis per quos Ecclesiā dispositurus erat, disponendum & docendum reliquit.

Ieiuno sto macho accedendum.

Sūt & pleraq; alia loca in sacris literis, uidelicet figura aut esus agni paschalis Exo. 12. nobis uiā ad men

Figuræ exodi 12 expositio.

sam Domini ostendentes. Illi, inquam, panes azimos comedunt, qui recta intentione sine corruptione uanę glorię exercẽt opera bona, qui mandata Dei sine admixtione implent pariter et obseruant. Tunc pręterea caro Christi cum lactucis agrestibus manducamus, quando nosmetipsos pro delictis nostris affligimus cum cordis amaritudine recogitando omnes annos uitæ in amaritudine animę nostrę, dicente
Hiere. 6. Hieremia: Luctum unigeniti facti bi planctum amarum. Ille comedit crudum, quãdo sine deuotione, sine reuerentia & honore ad sacram Eucharistiam accedit. Caput cum pedibus uoramus, quando uerum Deum & hominẽ in consecrata hostia credimus. Renes accingimus, quando restringuntur delectationes corruptę carnis, dicẽte Christo

Luc.

Luc. 12. Sint lũbi ueſtri præcincti. Tunc etiam calciamenta habebimus in pedibus, quando antiquorum ueſtigia conſpicimus, uitamq; bonis operibus imitamur, loquente ſcriptura Can. 7. Quàm pulchri pedes tui in calciamentis filia principis. Hi tenẽt baculos in manibus, qui per cuſtodiam et cautelam contra canes, infernales Cerberos, inſurgunt, Geneſeos. 32. In baculo meo, inquit Iacob, tranſiui Iordanem iſtum. Et Deutero. 4. Cuſtodi teipſum & animam tuam ſolicite. Neceſſe præterea ut feſtinanter comedamus, quia mors certa, incertior hora. 2. Reg. 14. Quoniam omnes morimur. Et Paulus Heb. 9. Statutum eſt omnibus hominibus ſemel mori. Eſt autem mors pauor diuitum, deſiderium pauperum, euentus ineuitabilis, la

Mors.

tro hominis, fuga uitæ, & iuxta Basilium, resolutio omnium. Festinemus ergo, Hebreo. 4. ingredi in illã requiẽ, ad quã nos inuitat Ecclesiasticus cap. 39. In omnibus operibus eius esto uelox. Necessarium etiam ut carnes assas igni comedamus, scilicet per deuotionis internę flammam. 2. Para. 35. Assauerunt phase super ignem, &c̃.

Crysosto. Formam etiam accedendi nobis ostendit D. Chrysosto. in oratione de Philogonio, dicens: Eoq; rogo uos omnes obsecroq;, ut summo studio sumaq; cũ alacritate uelitis adesse, sed prius suam quisq; domum repurget, ut uideamus Dominum nostrum in cunis iacẽtem ac fascijs inuolutum, horrendum ac stupendum spectaculum. Quid enim excusabimus aut quam ueniam

obtinebimus, si quũ ipse nostra causa descenderit è cœlis, nos ad illum uel ex ædibus iræ grauemur? quum alienigenę Barbaricę ex Perside accurrant, ut illum uideant in præsepi iacentem, tu uerò ne breue quidem spatium emetiri sustines, ut hoc felici spectaculo perfruaris? Nam si cum fide accesserimus, procul dubio uidebimus illum in præsepi iacentem. Siquidem hęc mensa uicem explet præsepis. Nam & hic ponitur corpus Dominicum, non quidem fascijs inuolutum sicuti tunc, sed undiquaq; spiritu sancto conuestitum. Qui mysterijs initiati sunt intelligunt quę dicuntur. Ac magi quidem nihil aliud quàm adorarunt. Tibi uerò si cum pura accesseris conscięntia, permittemus ut sumas, & sumpto domum abeas &c. Accede igitur tu quoq; mu-

Magorum pietas quo modo imitanda.

nera offerens, nõ qualia deferebãt illi (et tamen etiam illa eadem) sed multo religiosiora. Obtulerunt illi aurum, offer tu temperantiam ac uirtutem. Obtulerũt illi thus, offer tu puras preces, quę sunt odoramẽta spiritualia. Obtulerunt illi myrrham, offer tu modestiã & cor submissum cũ eleemosyna. Magnares est eleemosyna, pręclara & preciosa, ingens donũ est, aut ut melius dicam, ingens bonitas, si per hanc didicerimus negligere pecuniã, & alia maiora discemus. Qui dat eleemosynam, eruditur ad pecuniæ cõtemptũ, discitq; nõ admirari fulgorem auri, scitis enim, scitis, quod pecunia sit instrumentum malorum omnium, quin & innumera bella proficiscuntur è pecunijs. Hanc igitur quisquis didicerit contemnere, in tranquillo seipsum cõstituit, nec

Eleemosyna.

Pecuniæ contemptus.

iam

sam amplius damni metu terretur. Nam hoc illum docuit eleemosyna. Non amplius concupiscit res proximi sui. Qui enim concupisce ret aliena, qui sua profundit ac largitur pauperibus? Nõ amplius invidet diuiti. Qui nanq; haberet invidum oculum erga proximũ, qui cupiens fieri pauper animi sui purgat oculum? Cæterum in altero sæculo quantum bonorum sortietur? Non excludetur cum fatuis uirginibus, sed cum prudentib. introibit cum sponso. Tanta est uis eleemosynę, ut audacter introducat alumnos suos. Nota est enim ac familiaris cœli ianitoribus, qui sponsi seruant fores: Quod si hisce cum muneribus accesseris, multa cũ fiducia particeps eris huius sacræ mensæ. Iam ergo nunc obtestor obsecroq; ut omnibus modis repur-

gatis animis, fideles, ita demũ adeptis mysteria. Neq; mihi quisquam dixerit, uereor, habeocõscientiam peccatis oppletam, sarcinã circumfero grauissimam. Nec illud perpende, sed illud considera quod benignus est dominus. Quandoquidem & Niniuitæ, ut in tertio gradu ostendimus, triduí spacio tantam iram Dei à se depulerunt, nec obstitit illis temporis angustia, sed animi promptitudo, amplectens domini benignitatem, totum peragere ualuit. Et meretricula illa breui temporis momento, quũ ad Christum accessisset omnia probra diluit. Quin & calumniantibus Iudæis, quod illã admisisset, tantamq; prębuisset fiduciam, Christus illisquidem silentium imposuit, hanc uero malis omnibus liberatam comprobatoq; illius studio, ita domum remisit.

misit. Quid ita tandem? Quoniam feruenti animo & flagranti corde ardentiq; accessit fide, sed non sola, sanctosq; illos ac sacros attigit pedes, solutis capillis, fontibus lachrymarum ex oculis emissis, unguento profuso. Etenim per quæ deceperat homines, per eadem parauit remedia pœnitentiæ, per quæ auocarat oculos intemperantium, per hæc emisit lachrymas: Per capillos arte compositos multos illexerat ad peccatum, per eosdem pedes absterſit Iesu. Vnguento multos inescarat, per hoc pedes illius lauit. Proinde & tu quibus reb. prouocasti Deum, per has rursum facito propicium: prouocasti illum pecuniarum rapina, per easdem illum recõcilia, quumq; & rapta restitue illis quos iniuria affeceras, & alia insuper addideris, dicito iuxta

Pœnitẽtia quomodo agenda.

Zacheum, Reddam si quid rapui, quadruplũ. Prouocasti linguę maledicentia, multis contumelia affectis, uicissim lingua placato, puras emittens preces, benedicẽs maledicentibus, laudans uituperãtes, gratias agens iniuriã inferentibus, sed prius præmissa cõfessione sacramẽtali. Benignus erit dominus, sicuti est, & quemadmodum parturiens cupit eniti fœtum, ita et ille cupit effundere suam misericordiã. Egressi sunt Magi, egredere tu è temporarijs negocijs, ad Iesum proficiscere, &cẽ. Nunc aũt multi in tantam uecordiam tantumq; ueniere contemptum, ut quum innumeris scateant malis, nullã tamen uitæ suæ curam habeant, sed in diebus festis negligenter ac temere ad mensam hãc accedant, haud intelligentes quod cõmunionis tempus non est festum,

inquit

inquit idem D. Chrysostomus, neque celebritas, sed conscientia pura uitaq; à peccatis repurgata. Quẽ admodũ enim qui sibi nullius mali conscius est, singulis diebus accedere potest, sic qui peccatis occupatus est, nec pœnitet, eum ne in festis quidem accedere tutum est. Neq; enim semel in anno accedere, liberat nos à peccatis si indigne accesserimus, quin hoc ipsum potius auget damnationem. Quapropter adhortor uos omnes ne negligenter, ueluti festo die cogente ad diuina mysteria accedatis, sed si quãdo parabitis huius sacræ hostiæ fieri participes, multis ante diebus repurgetis uosipsos per pœnitentiã, precationẽ & eleemosynã. Denicq; per hoc, ut uacetis spiritualib. nec denuo conuertamini canis in morem ad propriũ

uomitum. An non enim absur-
dum tantam habere curam rerum
corporaliũ, ut appetente festo mul-
tis ante diebus uestem è scriniis de-
promptam diligẽter appares, emas
calciamenta, mensa largior splendi
diorq; paretur, denique uariam un
diquaq; rerũ copiã excogites, om-
nibusq; modis temetipsum ornes
nitidũq; reddas, animę uerò negle-
ctæ, sordentis, squalidæ, fame con-
tabescentis nullum habere respe-
ctum, quum sola maneat impura,
ac corpus quidem nitidum huc ad-
ducere animam uero nudam incul
tamq;? Atqui corpus quidẽ uidet
conseruus neq; quicquam est de-
trimenti, quomodocunq; habitum
fuerit, illam autem uidet dominus,
qui grauissimè punit negligẽtiam.
An, nescitis quod hæc mensa ple-
na

na est igni spirituali? Et quemadmodum fontes aquæ uim exundant, ita hæc flammam quandam habet arcanam. Ne igitur accesseris stipulam adferens, non lingna, non fœnum, ne augeas incendium curatq; animum ad communionem accedentem, sed accede ferens lapides pretiosos, aurum argentū, quo puriorem reddas materiam, multoq; cū lucro discedas. Si quid mali est abigas ab animo. Habet quis inimicum, grauiter læsus est, soluat simultatem, coherceat animum exardescentem, intumescentemq;, ne quis sit tumultus aut perturbatio. Regem enim excepturus es per communionem: quum autem rex ingreditur animam oportet magnam esse tranquillitatem, multúmque silentium, profundam cogitationum quietem. Sed

atrociter læsus es, nec potes iram remittere. Quid igitur? An igitur teipsum magis etiam & grauius laedes? Neq; enim tantis malis te afficiet inimicus, quęcunq; fecerit, quibus teipsum afficis, si non illi reconcilieris, sed Dei leges conculcaris. Ille te contumelia affecit, dic mihi num tu ideò Deum afficies contumelia? Etenim non recipere in gratiam eum qui molestiã attulit, non tam est illum ulcisci, quàm Deum afficere contumelia legis huius autorem, præcipientis ut inimicis reconciliemur, priusquam accedamus ad altare. Proinde ne respicias ad conseruum, neq; ad magnitudinem iniuriarum, quas intulit ille, sed ad Deum, illiusq; timore in animum demisso, illud expende, quod quo maiorem uim admoueris animo tuo, post innumera mala eo-

gens

gens illum redire in gratiã cum eo qui moleſtiam intulit, tanto maius præmium feres à Deo, qui hæc præcepit. Et quemadmodũ hic Deum excipis multo cum honore, Sic & ipſe te illic multa cum gloria excipiet, reddetq; tibi millecuplã iſtius obedientiæ mercedem, quam nobis omnibus aſſequi contingat gratia & benignitate Domini noſtri Ieſu Chriſti, cui gloria et imperium in ſæcula ſæculorum. Sed de his hactenus, ad ulteriora progrediendum.

Cum igitur tanti emolumenti ſit tantæq; felicitatis digne ſacra Euchariſtia uti, nónne blaſphemi, & prorſus talpæ dicuntur merito hi qui uel indigni ad ſumendũ accedunt, uel omnino ſumere contemnunt? Indigne autem accedũt,

qui pœnitentiam peccatorum, & iamiam prædicta ut debent, non egerunt, & qui non satis diligentes in confitendis reatibus fuerũt, neq; ab omnibus cõtinendi sese propositum habent. Si conscientia tua te accusat, cur pollutus agni purissimi carnẽ gustando inquinas? Non culpam sic agendo abstergis, sed potius grauas, & in maximum te scelus tanquam in pistrinam præci-
1. Corin. 11. pitas. Probet, inquit Paulus, autẽ seipsum homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat. Qui enim manducat & bibit indigne, iudiciũ sibi manducat non dijudicans corpus Domini. Quid enim reum esse corporis & sanguinis Domini, nisi illis fieri similem, qui saluatorẽ contumelijs affectum cruci affixerũt uerbis illi petulantibus insultabãt, tu gustu temerario offendis. Flagellis

Qui indigne accedant ad sacrum.

gellis illi percutiebant, tu manibus
immundis contrectando uiolas: Cru
cifigebant illi, tu quotidie peccato-
rum aculeis cõfodere non dubitas.
Illi saltẽ ut honestè sepelíretur per-
miserunt, tu in foueã feculenti pe-
ctoris mundissimum corpus Ihesu
præcipitas. Horret Ioannes Bapti-
sta accedere & tangere uerticẽ Do
mini, imò corrigiam calciamenti,
quid tu immunde? Iudæi se parant
& mundant sacrificia sua facturi,
& ecce hoc magis Sacrificium. In
nulla curia regis temporalis sine lo
tione manuum ad mẽsam sedetur,
& tu illotus accedis? Calices, para-
menta, omnia alba & nitida admo-
nent ut tu & nitidus sis & lotus. Si
tãta puritas illis erat necessaria, pro
thymiamatis oblatione, nos qui no
uæ legis sacerdotes sumus, illotis
animis cur ad Christi corpus eden-

Exod. 30.

dum accedimus? Scriptũ erat Le
21. Si quis de semine Aharõ hab
erit maculam, is non offerat De
panes, neq; ad ministerium eius
cedat. Cur ergo qui cõmaculat
habẽt conscientias, panẽ cœleste
panem corporis Christi, & offe
& edere præsumũt? Nec Centu
Lucæ 23. non nisi munda synd
Christum mortuum censuit inu
uẽdum, et cur nos uiuentem ipsu
ac glorioſum in conscientiam, o
ni lasciuia sordidiorem, cõscim
hæc quis non uidet, Christiano
uis, quàm sint abominãda? Qua
obrem ipse idem Dominus in M
lachia Propheta de talibus co
Malach. 1. queritur, dicens: Ad uos ò sacer
tes, qui despicitis nomen meum,
dicitis: In quo despeximus nom
tuum? In eo quòd offertis super
tare meum panem pollutum. Et
ci

tis: In quo polluimus te? In eo q̃ dicitis, mensa domini despecta est. Offerimus autem panẽ pollutum, quoties impuris manibus oblationem sanctã contrectamus, & licet illa polluí non possit, nobis tamen nostra imputatur nequitia. Mensam autem Domini despectã esse dicere uidemur, quoties ad eã conceptim temerariéq; accedimus, quasi ad corporis cõmunes epulas inuitati, non ad animæ alimentũ singulare. Vnde Chrysosto. Hom. 60 scribit: Neq; enim parua pœna, inquit, proponitur indignè sumentibus. Considera quantum aduersus proditorem indignaris, contra eos qui crucifixerunt. Itaq; considera, ne tu quoq; sis reus corporis & sanguinis Christi. Illi sanctissimũ corpus iugularũt, tu uerò polluta suscipis anima, post tot beneficia. Nec

enim ſatis fuit, homo fieri, col
cædi, & iugulari, uerum, & ſe
ipſum nobis commiſcet, & no
de tantum, uerum & ipſa re no
um efficit corpus. Quo non o
tet igitur eſſe puriorem tali fru
tem ſacrificio? quo ſolari radio,
ſplendorem manuum, carnem
diuidentem? Os quod igne ſpi
repletur, linguam, quę treme
nimis ſanguine erubeſcit. co
quali ſis inſignitus honore, q
menſa fruaris, quod angeli uid
tes horreſcunt, neque liberè aud
intueri, propter emicantē inde
dorē. Hoc nos paſcimur, huic
unimur, & facti ſumus unum C
ſti corpus & una çaro. & infr
Quænam igitur erit nobis exc
tio, cū talibus paſti, talia pecce
cum lupi fiamus, agnum come
tes, cum tanquam oues paſti, m
leon

nonum diripiamus. Hoc enim my
sterium non à rapina tantũ, uerum
ab omni uel tenui inimicitia pu-
rũ esse penitus iubet, est enim pacis
mysterium. Hactenus ille.

Irrepserunt autẽ & glomeratim
ex Stygijs extulerũt undis, deplo-
rãdis illis, ferè nouissimis tempo
ribus non parum multi, qui nullo
pudore perfusi, putida ista lingua
sua, ut cum piorum uenia loquar.
cum Berengario (hic sancti Mau-
rilij Andgauensis Ecclesiæ diaco-
nus, at Rhomæ coram pontifice
Rhomano Nicolao Et. 13. Arhie- Berẽgarius
piscopis, & 100 Episcopis ab iura-
uit, Canone ego Berengarius de
conse. di. 2.) sacrum mysterium,
non secus uertiginis impelluntur,
ac Enthei & Milamonides in Bro-
milij festo. MISSAM insectan-

tur. Sed quemadmodum uasa
inania maximè tinniunt. Ita h
Odysseæ lib. 17. hoc mysterio loquacissimè gar
futiliter digni ut mittãtur ad Ech
tum regem, & quum omnis ingr
titudo sit execrabilis, nulla tam
detestabilior quàm in ecclesiã m
trem. Quæ etiamsi parum offici
fuisset hactenus, erat tamen ips
oculatissimorum, quorundam
crificorum seu mystarum uitia, u
tegere, uel commode interpretar
Nunc uerò pro officijs ea repon
ingratissimi, quæ hostis non fa
ret hosti. Philippus rex Mace
num duci cuidam, qui eius poss
sionem à quo naufragus fuerat
manissime exceptus, à rege flag
tam acceperat, frontem ferro c
denti hoc elogio insignijt, H
SPES INGRATVS. A
non ipsi ingrati (qui toties uic
ru

runt uipeream linguam in sacram actionem) digniores sunt, quorum frontibus cauterio titulus hic inuratur. Sed ego exprobrandi finem faciam, quum multi lacescendi finem faciant nullum.

MISSA.

Tremendi sacri mysterij actionem summis studijs obseruatam riteſuisse uel ex unico Dionysio Eliopolitano Apostolorum discipulo liquet, sed illo omisso quid cum illo docuerit hactenus de sacratissima illa pertractatione prudentissima dispensatrix ecclesia, breuibus Deo dante explicabo.

Missę nomen uetustum esse, clementis canon testatur cap. 73. dicta dimittendo, quia tunc ad propria Missæ nomen unde.

fidelis quisque dimittitur, unde in Aurelienſi concilio cõſtitutum eſt (concil. Aurel. cap. 22. de conſti. di. 1. c. omnes fideles.) Ut cum ad celebrandas miſſas in Dei nomine cõuenitur, populus nõ ante diſcedat quàm Miſſæ ſolennitas compleatur: uel ſecũdum quoſdam, dicitur Miſſa quaſi tranſmiſsio, eo quòd populus fidelis per miniſterium ſacerdotis (qui fungit miniſterio mediatoris inter Deum & homines) preces & ſupplicationes & uota tranſmittat altiſsimo.

Et reuera ſimpliciter loquendo, huius ſancti myſterij pertractatio, nihil aliud eſſe uidetur, quàm mors Chriſti, & uita hominis: Quod Miſſæ ſacratiſsimum ſacrificium in nouiſsima cœna inſtitutum ſit à Chriſto, unanimi conſenſu approbant

Euangeliogra-

Euangeliographi Matth.26.Mar. 14.Luc.22.1.Corin,11. Vnde Isidorus non contẽnendus author,Si B. Rhenano uiro profundissimo credimus,libr.1.de of. capit.15. inquit. Ordo Missæ uel orationum quib. Deo oblata sacrificia cõsecrantur, primo à sancto Petro est cõstitutus cuius celebrationem uniuersus pergit orbis, Latini scilicet, Hispani, Galli, Itali, Scoti, Poloni, Ruteni, Moscouitæ, Græci, Armeni, Indi, Georiani, Chaldæi, Inclyta Germanica natio, exceptis aliquibus. Isidorus. A quibus celebretur Missa.

MISSAE ACTVS, & quí modum rei diuinæ faciendæ auxerint.

In hac sacratissima tractatione sunt obsecrationes, postulationes,

gratiarumactiones, pro omnibus hominibus, pro regibus, pro infirmis. & pro omnibus qui in sublimitate sunt constituti 1. Timoth. 2. dicente Augustin. Augustin. de Tem. sermo. 237. Ecce post sermonem fit Missa catechumenis, manebunt fideles, uenietur ad locū orationis: Gelasius primus, orationes id est precum clausulas adiecit.

Confessio seu accessus

Fit in primo accessu confessio & pectoris tunsio, quia iustus in principio sermonis accusator est sui prouerb. 18. In contritione, in oris cōfessione, & operis satisfactione, cum enim tribus modis peccemus, scilicet cordis cogitationibus, oris locutione, & opere perpetrando. Ita trib. modis pœnitere debemus, corde uidelicet per dolorē, ore per pudorem, & opere per laborem.

Vnde

Vnde Basilius in regula Monach. Basilius.
cap. 12. inquit: Necessarium uide-
atur ijs, quibus dispensatio myste-
riorum Dei commissa est, confiten
da esse peccata. Porrò sicut introi- Introitus.
tus sacerdotis aduentum Christi si-
gnat. Sic Antiphona quæ canitur Antipho
ad introitū, desyderium aduentus na.
eius ostendit. Damasus confessio-
nem, quę fit à sacerdote, priusquam
altare conscendit, addidit, quidam
tamen Pontiano assignant. Cœle-
stinus Missæ introitum, cuius ini-
tium est psalmus, Iudica me Deus.
Fertur Damasus Pontifex, qui An
no 370. claruit, omnium primus hy
mnum, gloria patri &c. qui tribus
diuinis personis redditur, ad extre-
mum quenque psalmum adiecisse.
quem in Niceno conuentu, subCō
stantino pio, prius editum etiā me-
moriæ proditum est.

Kyrieeley son nouies dicitur.

Sequit Kyrie eleison, quod interpretatur domine miserere. Vnde Isaias capit. 33. Domine miserere & exaudi. Dicitur autem nouies, sunt enim nouem genera peccatorum: Serpens, & est peccatum originale: Mulier, & est delectatio, peccatum ueniale. Vir id est ratio consentit mortaliter: Est præterea peccatum cogitationis, loquutionis, perpetrationis, ut supra ostendimus. Est etiam peccatū fragilitatis per impotentiam. Simplicitatis per ignorantiam: Malignitatis per inuidentiam. Hoc est peccatum in patrem, in filiū, in spiritumsanctum, & ideo canit ecclesia ter ad patrem Kyrie eleison, ter ad filiū Christe eleison, ter ad spiritū sanctum Kyrie eleison, pater enim & spiritus sanctus sunt eiusdem naturæ tantum. Ad filium uero sub alio, quia filius

esti

etsi sit eiusdem naturæ cum illis, est tamen etiam alterius, ut geminæ gigas substãtiæ. Gregorius Antiphonam quæ introitum sequitur. Item ut nouies Kyrie eleison et antiphona post Epistolam, Euãgelicum & communionem adiecit.

Confestim annectitur hymnus angelicus, in quo gloria in excelsis Deo & pax hominibus bonæ uolũtatis attribuitur, illa igitur, cũ euangelium sint, Symmachus cum Telesphoro sanctissimæ Missæ addiderunt, maxime cum sacerdos angelus Dei sit, Malach. 2. Bonæ uoluntatis homines sunt qui suscipiunt natum Christum, non qui cum Herode turbantur & persequuntur, Matth. 2. Vnde Esaias cap. 47. & 48. Non est pax impijs, dicit dominus. Datur autem quadruplex hominibus pax propter quadrupli

Hymnus angelicus.

cem discordiam, prima erat inter Deum & homines, propter præceptí transgressionem. Secũda, inter angelos & homines, propter Adę & Heuę eiectionem, unde Gregorius os spiritus sancti. Quando extranei eramus, inquit à Deo, extraneos nos angeli deputabant. Tertia est inter homines & homines, propter diuersarum legũ ęmulationem. Vltima inter carnẽ & spiritũ, propter mutuã altercationẽ, primo enim spiritus corrumpit carnem, & nunc caro corrumpit spiritum, &c.

Quòd uerò sacerdos dicendo, Dominus uobiscum, sæpius ad populum in altarí uertitur, hoc de Hębræorum quoq; ceremonia sumptum constat, quorũ sacerdos inter Sacra sese circumagebat, aspergendo sanguinem animalis immolati.

De

De efficacia orationis, quis, ad quem, quid, ubi, quomodo, et quando, oratio fieri debeat in illo meo Tyrocinio satis superq; ostensum est, prudens ergo hic prætereo. Sed interim notandum semper collectas in numero impari fieri debere, unica uel tres quia uel propter unitatis sacramentum uel mysterium individuę trinitatis. Quinq; ad hęc uel septē propter quinq; partitam Domini passionem, uel spiritū gratiæ septiformis. Binarius autē numerus ab unitate recedit, & ab eo ceteri diuisibiles numeri sortiūtur originem. Collectæ in numero impari fieri debent. Esai. 11.

Præmittitur Epistola Euangelio, præcursoris enim designat officium, qui præiuit ante faciem Domini parare uias eius, Ioann. 1. Et quod Latinis supermissio uel su- Epistola.

pererogatio est, idipsum Epistola Græcis.

Graduale Alleluia.

Sic canitur Alleluia post Graduale canticū lætitiæ post luctum pœnitētiæ, de quo Augustin. in Psal. 106. sic scribit: Est enim Alleluia & bis Alleluia, quod nobis cātare certo tēpore solennis moris est, secundum antiquam Ecclesiæ traditionem. Neq; hoc sine sacramento certis diebus cantamus Alleluia. Certis quidem diebus cantamus, sed omnibus cogitamus. Si enim hoc uerbo significatur laus Dei, semper sit in corde, etsi non in ore meo. Ex his igitur nemo est, quin facile perspiciat consuetudinem psallendi alleluia per ecclesiam non recenter natam, quam Augustinus fatetur antiquam. Et idem August. tracta. 8. in episto. Ioan. Nunc cantauimus

uimus alleluia. Nunquid ſemper hoc facimus? Vix unius horæ non toto ſpacio, ſed parua particula cantamus alleluia. Et alio in loco idem Auguſti. ad inquiſitiones Ianuarij lib. 2. ca. 15. Poſt reſurrectionem, inquit, & ieiunia relaxantur, & ſtantes oramus, quod eſt ſignũ orationis, unde etiã omnibus diebus dominicis, obſeruat id ad altare et Alleluia canitur. Sic Athanaſius Alexand. ille epiſcopus Anno domini 360. in li. de uirginitate inquit: Poſtes autem pſalmos dic Alleluia. Sic in Anglia (Autor eſt V. Beda qui uixit Anno 732.) Barbarorum ingentes copias pauci admodum fideles etiam inermes alta uoce canentes Haleluia deleuerunt. Laudatur autem Deus tribus linguis, Hebraica, quæ propter legem omnium mater eſt linguarum, hęc ſan

Tribus linguis lauda tur Deus in Miſſa.

cta dicitur quia nihil quod impudi
cum, lasciuum, aut turpe sit facile
reperies, emanauit enim de cœlo,
fuitq; ante exortam in Babylone
confusionem linguarum, in quo i-
diomate data est à Deo patre lex, &
à Christo filio prædicatum Euan-
gelium, & per spiritũ sanctum data
in prophetis tot oracula: & cum o-
mnes linguę passę sint & continuo
patiantur uarias immutationes &
corruptiones, hæc sola semper per-
seuerat inuiolata. Græca, quæ do-
ctrix est sapientiæ. Latina, quæ im-
peratrix est propter Rhoma. Do-
minium imperij (Hebræis est Mal
chuth Romyth.) & sedis Aposto-
li. Præterea id consulto factũ, quo
ad imitationem eius tituli, qui su-
per crucem seruatoris positus fue-
rat. Anastasius primum constituit
Alleluia ex Hierosolymis transla-
titium

titium est. Gelasius fecit Antipho-
nam quam Tractum uulgò appel
lant, & Hymnos.

Textus præterea Euangelij su- Euangeliũ
mitur de altari, quia de Sion exiuit
lex, & uerbum domini de Hieruſa
lem Esa. 8. non de monte Synai ſi-
cut Mosaica lex, Exo. 20. Lex quip
pe illa ſcripta fuit in tabulis lapi-
deis, Euãgelica uero in tabulis cor-
dis digito Dei qui est ſpiritus domi
ni, Luc. 11. Illa autem lectio ſancta
aduerſus Aquilonẽ legitur, ut A-
quilo ſurgat, & Auſter aduenìat, id
est ut diabolus qui Hebræis Abad
don ſeu Harmagedon est, fugiat,
& paracletus accedat, unde & dia-
conus munit ſe ſignaculo crucis, ne
archechtrõs qui bonis inſidiatur
operibus, tollat ei deuotionem de
corde, uel ſermonem de ore. San-

ctus Hieronymus Euangelium & epistolam addidit. Non enim auctoritas reperitur ualentior, imò lex ipsa ad comparationem Euangelicæ puritatis immunditia nominatur, quod pulchrè nobis ostendit Hiero. in Esaiæ ca. 64. Et ut Hirenei uerbis utar in lib. 3. cap. 8. Sicut, inquit, quatuor sunt regiones mundi, in quo sumus: Ita quatuor principales spiritus, & deseminata est Ecclesia super omnem terram. Columna autem & firmamentum Ecclesiæ est Euangelium, spiritus uitæ consequẽs est habere quatuor iã columnas undiq; flantes incorruptibilitatem, & uiuificantes homines, hæc Hireneus. Et Euangelij tanta maiestas est, Hiero. teste in Ezech. c. 1. In eo enim nihil est, quod nõ luceat, & splendore suo illuminet, ut etiam quæ parua putantur & uilia,

Euangelij dignitas.

Hireneus.

spiritus

spiritus sancti fulgeant maiestate. Est autem uirtus Dei Euãgelium, quia uirtutem Dei nunciat dicente Paulo 1. Corinth. 1. Nos prædicamus Christum Dei uirtutem. Alio modo uirtus Dei dicitur, quia uirtutem Dei habet in remissione peccatorum, Ioan. 15. Iam uos mundi estis propter sermonem quem locutus sum uobis. Virtus inquam ualens, in salutem omni credenti, & in condemnationẽ non credẽti. Per suaue iugum Euangelicæ legis ab onere legis Mosaicæ, exceptis moralibus, nos redemit dominus. Lex quidẽ data per Moysen, gratia autem & ueritas per Christum Iesum facta est. Hinc Iacobus capit. 1. Euangelium uocat legẽ libertatis, utpote multo facilioreẽ lege Mosaica, Acto. 15. &c̃. Euangelium uirtus Dei & lex libertatis.

Postmodum plenis buccis into- Symbolũ.

nat Ecclesia Symbolum illud Apostolicum, & est confessio fidei nostræ, quæ haud dubiè ab omnibus iure obseruari debet: unde ad istius corroborationem censuit concilio Oecumenicum Basilienſe sessione 21. minime prætermittendum esse Symbolum, in hæc uerba concludēs: Abusum aliquarum Ecclesiarum, in quibus Credo in unum Deum, quod est Symbolum & confessio fidei nostræ, non completè usq; ad finem cantatur, aut præfatio seu oratio Dominica obmittitur, uel in Ecclesijs cantilenæ sæculares uoce admiscentur, seu Missa etiam priuata sine ministro, aut præter secretas orationes ita submissa uoce dicitur quod à circumstantibus audiri non potest abolentes statuimus, ut qui in his transgressor inuentus fuerit à suo superiori debite castigetur,

tur. Symbolum autem collationẽ significat, quia in unũ contulerunt Apostoli seu Patres quod omnes senserunt de Deo. Fuit autem Symboli decantatio Marci Põtificis primi decretum.

Sed forte Hymnos & Psalmos, Symbolum Athanasij, cantum angelicum scripturam esse negabis. Dic ergo, Paulus quid sibi uult ad Ephesios cap. 5. dicens: Impleamini spiritu sancto loquentes uobismetipsis, in hymnis, & canticis spiritualibus, an prohibebis quatuor in Apocalypsi animalia, & 24. seniores habentes coram agno citharas et phialas aureas, plenas odoramentorum quę sunt orationes sanctorum, ne canãt & dicant, Dignus es Domine aperire librum & soluere signacula eius? Sed quando ua-

Cantus Ecclesiæ non est contemnendus.

Apoca. 5.

rios orandi ritus superius ostendimus consulto prætereo, &c.

Offertorium. Sequitur offertorium, trahens nomen ab offerendo, quia dum offertorium cantatur, sacerdos accipit oblationes (quas conuertere oportet nō in prophanos, sed in pios usus pauperum, & iuxta necessitatis mensurā) à populis, uel hostias à ministris. Vnde Christus Matth. 5. Si offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris, quòd frater tuus habet aliquid aduersum te, relinque ibi munus tuū ante altare, & uade prius reconciliari fratri tuo, et tunc ueniens offeres munus tuū. Et Exo. 23. Non apparebis, inquit Dominus, in cōspectu meo uacuus. Constat igitur in utroq; testamento offerēdum, tam sacrificium mūdi cordis quàm rei alterius corporalis

poralis. Sic humilis Theodosius imperator obtulit ad altare munus diuo Ambrosio Mediolanensium Episcopo. Et ideò fides est in Symbolo, laus in offertorio, fructus in sacrificio. Hist. Eccle. Trip. libr. 9. cap. 30.

Sacerdos ad altare Dei stans, exhortatur populum Dei, orare pro incredulis, ut eos Deus conuertat ad fidem. Et pro Catechumenis, ut desiderium regenerationis habeāt. Et pro fidelibus, ut in eo, quod esse cœperūt, eius munere perseuerent, inquit D. Augustā. ad Vitalem Epistola 107. Et D. Chrysosto. in libris de orando Deum, inquit: Idcirco necesse est sacerdotem tanta esse uirtute sanctimonia purum, ut si in ipsis cœlis collatus inter cœlestes illas uirtutes medius staret. Terribilia nanq; atq; horrifica fuisse ferunt, Sacerdos orat p circumstantibus.

quæ gratiæ tempus præcesserunt, quod genus fuere, tintinnabula, mala punica, lapides pectori sacerdotis, itemq; alij humeris eiusdem superpositi, mitra, strophiũ, uestis ad pedes usq; demissa, lamina aurea sancta sanctorũ, ingẽs intus quies, atq; silentium, &c̃. At uerò si quis ea ipsa, quæ gratiæ tempus nobis aduexit, examinet, terribilia atque horrifica quæ dixi, iudicabit admodum esse leuia, ac quod de lege à Paulo dictum est, 2. Corin. 3, hic demum uerum esse comperiet, quandoquidem ne glorificatũ quidem fuit, quod glorificatum est in hac parte, propter eminẽtem gloriam. Nam dum conspicis Dominũ immolatum, sacerdotem sacrificio incumbentem, ac preces desuper fundẽtem, tũ uerò turbam circũfusam precioso illo sanguine intingi ac ru-

mbefieri, etiam ne te inter morta-
les uerſari, atque in terra conſiſtere
cenſes? An non potius è ueſtigio in
cœlos transferris? an non carnis co
gitationem omnẽ abijciẽs, nudo a-
nimo, mẽte pura circumſpicis quæ
in cœlo ſunt? Papè q̃ magnum hoc
miraculum? quàm magna Dei er-
ga humanum genus beneuolẽtia?
En qui cum patre ſurſum ſedet, in
illo ipſo temporis articulo omniũ
manibus pertractatur ſacerdotum
fidelicet, ac ſe ipſe tradit uolentib.
ipſum excipere ac complecti. Fit
autem id nullis præſtigijs, ſed aper
tis, ac circumſpicientibus circumſi
ſtentium omnium oculis. Nũquid
iſta tibi digna contemptu ac deſpe
ctu eſſe uidentur? aut eiuſmodi, ut
poſsit quis contra ea attolli atq; in-
ſurgere? Visne & ſanctimoniæ iſti
us excellentiam alio miraculo per-

spicere? Ponito ob oculos Heliam illum, præterea & infinitam illam turbam circũfusam, & sacrificium lapidibus superpositum, tum uerò reliquos omnes admodum quietos ac taciturnos, solum autem prophetam preces fundentem, secundum id flammam de repente, è cœlo delabẽtem, sacrificiumq; ipsum lambẽtem, mira sunt ista profectò ac stupore omni plena. Ab illis ergo sacris ad nostra tia sacra te transfer, & ea non mira modò esse uidebis, sed etiam omnem stuporem excedentia. En astat Pontifex, non ignem gestãs, sed spiritum sactum. Is preces diuturnas fundit, nõ quo flãma cœlitus dilapsa, sacra apposita absumat, sed quo gratia in sacrificium influens, per illud ipsum omnium animos inflammet, & puriores reddat argẽto igni excocto,

puri-

purgatoq́ꝫ,&c̃. Hoc ergo mysteriũ omnium maximè horrendum, uerendumq́ꝫ quis non insanus, ac qui idem mente alienata nequaquam sit, fastidire, ac despicere poterit? An ne ignoras futurum nunquam fuisse, ut humanus animi captus, Sacrificij ignem illum sustineret, sed funditus omnes tum fuisse interituros, nisi magnum diuinæ gratiæ auxilium affuisset?

Adoletur Thus ad altare in acerra, & id primus fecit Aaron dicente domino ad Mosen: Ponas altare contra uelũ, & adolebit incensum super eo Aaron suaue fragrans, sicut in Exodo est, grana autẽ thuris in Altari incenduntur & concremantur, ad significandum ardorem charitatis & orationem. Vnde petebat Psalmista, dicens: Diriga-

Adoletur thus ad altare.

tur domine oratio mea ſicut incenſum in conſpectu tuo. Signat ergo ut apertius dicam, Thus diuinitatis Chriſti recognitionem, taſtante Gregorio. Secundo orationis deuotionem Grego. thure quod Deo incenditur uirtus orationis exprimitur. Thus enim nõ emittit odorẽ niſi incendatur: Sic nec oratio ſine feruore deuotionis & igne charitatis. Signat etiam thus diuinę laudis oblationem. Sicut enim thus eſt odoriferũ & per ipſum honoramus Deum, et ſua uirtute fœtores expellit. Sic Sacrificium laudis eſt odoriferum Deo.

Tandem finita oratione, & illis omnibus, ſequitur principium prefationis, in quo gratiarum actiones quas debemus domino Deo diriguntur ad dominum per Chriſtum

Præfatio.

dominum nostrum, corda autem fi
delium cœlum sunt, quia in cœlo
quotidiè eriguntur, dicente sacer=
dote, in præfatione SVRSVM
CORDA. Securi respõdent, Ha
bemus ad dominum, inquit D. Au
gusti. Sermo. de Temp. 44. In hac,
inquam, credimus & confitemur,
cum ore quàm corde, maiestatem
Dei immensam quam laudant an=
geli, adorant dominationes, tremũt
potestates, qui sanctus Deus, san=
ctus fortis, sanctus & immortalis,
Dominus Deus exercituum, plena
est omnis terra gloria eius. Et ter di
citur ἁγιος & semel Deus, sic enim Ter dicit Sanctus.
trinitatis & unitatis mysterium cõ
probatur. Sanctus dicitur id est san
ctificans non autem sanctificatus.
Quæ omnia locupletissimè com=
prehendens Diuus Iohãnes Chry=
stost. Sermo. de incomprehensibi=

Chryſoſt. li Dei natura Tom. 2. inquit. Tempore illo (Myſteriorum) mi frater, non ſolum homines clamorem illum horribilem reddunt, ſed etiam angeli domino genu flectunt, & archangeli rogant, habent ſibi tempus id idoneum, habent ſacram illam oblationem in fauore. Itaq; ut homines ramos olearum gerentes mouere reges conſueuerunt, eoq; arboris genere miſericordiam cõmemorãt, & humanitatem. Sic angeli tunc pro ramis oleaginis corpus domini ipſum protendẽtes, rogant pro genere humano, q. d. pro his domine rogamus, quos tu adeò dilexiſti, ut pro eorum ſalute mortem obires, animam cruce efflares: pro his ſupplicamus, pro quibus ipſe tuum largitus es ſanguinem: pro his oramus, pro quibus corpus hoc immolaſti. Hæc ille. Et profectò

Angeli pro nobis orãt.

profectò si uel solam Christi passionem ac redemptionem nostram recte agnosceremus, & assiduè præsentis haberemus oculis, maximè in hac sacratissima pertractatione, nunquam ab ingeniculatione & deuotissimo clamore cessaremus, nisi quũ necessitas aut naturæ proh̃beret imbecillitas. Inspiciat, quæso, omnis Christianus oculis cordis illa mysteria, mouebit sibi (uera loquor) Sympathiam. Sciendum enim præfationes, quæ Canonem præcedunt, Vrbanum addidisse. Præterea ut in præfationibus, sanctus, sanctus, sanctus Dominus Deus Zebaoth, cantaretur Sixtus primo statuit, quod ab Iesaia Propheta mutuò sumptum est.

Hoc est cõpassionem

Canon in secreto canitur.

CAnon autem in secreto canitur, ea etiã ratione MISSA Latine canitur. Sic enim non uilescunt sanctissima uerba quæ aliâs ab indocta et rudi plebecula incongruis horis cum petulantia & & irrisione hinc inde decantarentur.

Missa latine canitur.

Author canonis.

Canonis partem, Te igitur, quæ deinde initium esse cœpit, Gelasius dedit, sicuti ante eum Syricius, communicantes, quod nunc tertio loco ponitur. Leo adiecit, Hãc igitur oblationẽ, Gregorius tres subiũxit postulationes: diesq; nostros in tua pace disponas, atque ab æterna damnatione nos eripi, & in electorum tuorum iubeas grege numerari. Ex quo apparet, ipsum Canonem

nonem ſanctũ, à multis ſanctis pa-
tribus orthodoxis, qui ſunt os ſpíri
tus ſancti, eſſe compilatum: uolunt
alij Gelaſium Africanum (quín-
quageſimus primus à Petro Anno
484) tradidiſſe Canonem. At præ-
ſente urſo, non opus eſt quęrere ue
ſtigia, ut habet Prouerb.

Et forte diuina factum eſt pro- Litera T. in fronte Canonis.
uidentia, licet humana non ſit indu
ſtria procuratum, ut ab ea litera Ca
non inciperet, quæ ſui formam ſi-
gnum crucis oſtendit & exprimit
in figura τοῦ, & ſerpente æneo, E-
zech. 9. Nume. 11. Significatur au-
tem eo ſigno triumphus Chriſti cõ
tra diabolũ per mortem, quemad-
modum uexillo alicuius belli im-
peratoris uictoria notatur.

In illo Canone (Canon Græca

Cõmemoratio sanctorum.

dictio, regulam significat) cõmemoratio fit sanctorum, quia charitas nunquàm excidit, hinc euidenter apparet, quàm sanctum sit ac salubrè Missarum interesse mysterijs cum sacrificium Eucharistiæ pro circumstantibus offeratur specialius, unde cautum est legibus de consecr. dist. 1. c. omnes fideles. Omnes fideles qui ad sacrum illud mysterium confluunt, scripturas Apostolorum & Euangelistarum audiãt. Qui uerò non perseuerauerint, ueluti inquietudinarij Ecclesiæ recedant, hos enim communione priuari oportet: Cæterum de commemoratione sanctorum Augusti. de ciuit. Dei lib. 8. cap. 27. Et lib. 22. cã. 10. inquit: Quis autem audiuit aliquando fidelium stantem sacerdotem ad altare, etiam super sanctum corpus Martyris, ad Dei honorẽ, cul-

Augustin.

cultúmque constructum, dícere in precibus: Offero tibi sacrificiū Petre, uel Paule, uel Cypriane, quum apud eorum memorías offeratur Deo, qui eos & homines & Martyres fecit, & sanctis suis angelis, cœlésti honore sociauit, ut ea celebritate & Deo uero illorū uictoríjs gratías agamus, et nos ad ímitationem talium coronarum atq; palmarum eodem aduocato in auxíliū, ex eorum memoriæ renouatione adhortemur. Hactenus ille. In uia quippe communicamus sanctís per fídem, quam ípsi habuerunt & nos habemus. Nos enim fidem habemus & spem, illí speciem habent & rem. Nos percurrímus stadium, illí posident brauium. Nos pugnamus in ualle lachrymarum, illí trípudiant in cœlesti patría. Commu nicamus igitur & memoríam uene

Quomodo cōmunicamꝰ sanctis

ramur omnium electorum uiuen-
tium, ut eorũ ſuffragio de fide per-
ducamur ad ſpeciem, de ſtadio uic-
niamus ad brauium, de uia tranſea-
mus ad patriam: Sic Moyſes pro
peccante populo intercedens Pa-
Exod. 32. trum memoriam interpoſuit, Re-
cordare, dixit, Abraham, Izaac, Iſ-
rael, ſeruorum tuorum. Sic Azari-
as, Danielis tertio. oraſſe legitur in
fornace. Ne queſumus auferas mi-
ſericordiam tuam à nobis Domine
Deus noſter, propter Abraham di-
lectum tuum, & Iſaac ſeruum tũ,
& Iſraël ſanctum tuum. Multum
enim merita patrum filijs patroci-
nantur. Vnde cũ Ezechias 4. Reg.
19. diuinum auxiliũ poſtularet, au-
diuit. Vrbem hanc protegam et ſer-
uabo eam propter me & propter
Dauid ſeruum meum. Et alio in lo-
co ſcriptura 1. Reg. 11. Ecce ego ſcin-
dam

dam regnum de manu Solomonis, ueruntamen una tribus remanebit ei propter seruum meum David, ut remaneat lucerna Dauid serui mei coram me in Hierusalem cunctis diebus. Honor ergo (inquit Basilius in 40. martyres) erga bonos conseruos (diuos) collatus beneuolētiæ significationem apud communem dominum habet. Et Gregori. Nazianze. oratione 8. in laudem Basilij magni dicta inquit: D. Basilius nūc in cœlis degit, ibique pro nobis, ut arbitror, sacrificia offert, ac pro populo orat. Licet enim nos reliquerit, non tamen omnino reliquit. Et idem oratio. 16. de paupertate fouenda. Veritatis martyribus festa instauramus, ut quum eorum certamina uenerāmur, eorum quoque pietatem ueneremur, Hæc ille. Sicut enim u-

Sāctorum imploratio est antiqui tus recepta.

Grego. Nazian.

nus panis ex multis granis, ita & unum corpus ex multis membris sumus. Et sanè honor diuis collatus, in ipsorum nõ subsistit, neque terminatur ueneratione, sed planè in Deum refertur, tendit et proficiscitur, perinde atque in ultimũ scopum et finem, sicuti et irreuerentia, quæ uiris Dei irrogatur, Deo præcipuè incutitur. Eo ipso dicente Matth. 25. Amẽ dico uobis, quamdiu feciſtis uni de ijs fratribus meis minimis, mihi feciſtis. Sic aliàs ad Saulum adhuc Eccleſiæ turbatorem ait: Saule Saule, quid me perſequeris? Vides ergo & gloriam & ignominiã æquè Chriſto fieri, quæ ſanctis fit. Erit igitur honorãtibus ſanctos merces æqualis, & iniuriãtibus ultio. Hi ſancti Dei pro nobis orant etiam in Chriſto mortui. Exemplo Oniæ, qui ſummus Iudæorum

Acto. 9.

Onias.

dæorum ſacerdos uir uirtute ſpectabilis, tum uita defunctus, apparuit Iudæ Machabæorum procidens, & orans pro omni populo Iudæorum. Sic Hieremias orauit pro populo, & uniuerſa ſancta ciuitate, iam defunctus. Hieremias.

Eleuatur autem & oſtenditur Euchariſtia, & merito quidē, quia corpus & ſanguis domini eſt. Et hoc corpus comeditur dupliciter, dupliciter enim intelligitur. VERVM, quod de uirgine traxit, & in cruce pependit, Luc. 22. & tale corpus dominicum, comeditur ſacramentaliter, id eſt ſub ſpecie, dicente Domino: Accipite & comedite, hoc eſt corpus meū, quod pro uobis tradetur, hoc facite in meam cōmemorationem. Hoc modo tā boni quàm mali comedunt, ſed diſpari exitu, eſt enim mors & iudici? Eleuatur Euchariſtia. Duplex corpus Chriſti

um malis, 1. Corin. 11. Vita uero bo-
nis. Est & corpus MYSTICVM
quod est Ecclesia Christi spiritu re-
2. Cor. 10. getata, dicente Apostolo, unus pa-
nis & unum corpus multi sumus
& illud comeditur spiritualiter, id
est, in fide, sub specie panis, in fide
cordis.

An adorā-
da sit Eu-
charistia.

Testante D. Augusti. lib. 10. de
ciuit. Dei cap. 1. Caro Christi dupli-
citer consideratur. Per se quidem
considerata non est adoranda ado-
ratione latrie cum sit creatura. Al-
tero modo consideratur per acci-
dens prout est ὑπόστασις seu subsisti-
Augustin. tia diuinæ naturæ, unde idem Au-
gusti. super Iohannem tractans il-
lud Ioan. 14. cap. Non turbetur cor
uestrum, &c. inquit. Ego domini
cam carnem imò perfectam Chri
sti humanitatem idcirco adoro, q
à di-

diuinitate ſuſcepta & humanita=
unita eſt. Hęc ille. Et ſic adoratio
latriæ adorat uerus Deus & per=
fectus homo. Sic alio in loco idem
Auguſti. in pſal. 98. inquit: Dei fili=
us unigenitus ſuſcepit de terra ter=
ram, quia caro de terra eſt, & de car
e Mariæ carnem accepit. Et quia
in ipſa carne hic ambulauit, & ip=
ſam carnem nobis manducandam
ad ſalutẽ dedit, nemo autem illam
carnem manducat, niſi prius adora
erit, inuentũ eſt quemadmodum
adoretur tale ſcabellum pedũ Do=
mini. Et non ſolum non peccemus
adorando, ſed peccemus non ado=
rando, &c̃, Nunquid autem caro
ſanificat? Non ergo obſtabit quo=
rundam obiectio. Quoniam hoc
ipſum ſacramentum nec uenerari
nec adorari debeat, quum in eum
finem non ſit inſtitutum, Equidem

Obiectionis dilutio.

nec Christus potissimum in terram uenerat, ut adoraretur quẽ tamen plærunque fuisse adoratum constat, cur ipsi idipsum hic non facere mus? qui sub specie panis Christũ uiuentem adeoq; hominem & Deum uerè contineri credimus tamore quàm corde, hocq; duntaxat uirtute & potentia VERBI ipsius, quo etiã omnia ex nihilo sunt creata, cui libẽter nostrã obstringimus fidem.

2. Cruces cur.

Postmodum ad designandam diuisionem carnis et animæ Domini morientis secundum carnem, fecit minister Ecclesię duas cruces in ore calicis. Cum enim in Christo tres sunt unitæ substantię uidelicet diuinitas, corpus, & anima. Duæ tantum, id est corpus & anima fuerunt in morte diuisæ, duabus ergo cru-

crucibus mors Domini designatur. Hæ duæ cruces designant etiã duo Sacramenta quæ de latere Domini profluxerunt, uidelicet aqua regenerationis, & sanguis redemptionis, iuxta testimonium Iohannis dicentis cap. 19. Vnus militum lancea latus eius aperuit, & continuò exiuit sanguis & aqua. Cæterum de crucis mysterio & multiplicis eius effectu fortassis cum Rabano locupletiorem olim uidebimus discussionem, &c.

Ad recolendam uerò crucifixionem, quæ post interuallum trium horarum facta est manibus impiorum gentilium. Milites enim crucifixerũt Iheſum, sacerdos rursus tribus crucibus utitur cum hostia super calicem. Tres præterea cruces significãt tres cruciatus, quos Chri- 3. Cruces in Missa.

Triplex passio Domini.

stus in cruce sustinuit uidelicet passionem in corpore, dicente Hiere. Thre.1. O uos omnes qui transitis per uiam, attendite & uidete, si est dolor sicut dolor meus. Et Psal.21. Foderũt manus meas & pedes meos, & dinumerauerunt omnia ossa mea. PROPASSIONEM in mẽte, dicente domino Apostolis Matth.26. Tristis est anima usq; ad mortẽ. Et Mar.14. Cœpit Iheſus pauere, tedere, cœpit cõtristari & mœstus esse. COMPASSIONEM in corde, ex cordis .n. cõpassione p crucifigẽtibus ipsum, orauit ad patrem Luc.23. Pater, dixit, ignosce illis quia nesciunt quid faciunt. Si enim cognouissent, nunquam dominum gloriæ crucifixissent. Hoc ergo signo crucis, inquit Augusti, sermo. de Temp.181. cõsecratur corpus dominicum, sanctificatur fons

Crux.

Ba-

Baptismatis, initiant etiam presbyteri, & cæteri gradus Ecclesiastici, & omnia, quæcunque sanctificantur, hoc signo dominicæ crucis, cũ inuocatione Christi nominis consecrantur. Nam & ipsa crux magnum in se mysterium continet, cuius positio talis est, ut superior pars cœlos petat, inferior terræ, inhærens atfixa infernorum ima contingat latitudo, aut eius partes mundi appetat. Hæc ille. Et idem Augustin. in Psal. 30. contio. 2. inquit: Non sine causa signum suum Christus in fronte nobis figi uoluit, tanquam in sede pudoris, ne Christi opprobrio Christianus erubescat. Et certè multiplex est uirtus crucis. Comparatur enim primo ligno uitæ in medio paradysi propter uitæ reparationem, Gene. 2. Secundo Arcę Noe propter mundi saluationẽ ge-

Augustin.

Virtus crucis.

neſeos 6. 3. Virgæ Moyſi propter miraculorum operationem, Exodi 4. Quarto ligno dulcoranti aquas propter tribulationũ alleuaitionẽ ſiue conſolationem, Exo. 15. Quinto palo ſerpentem ęneum geſtanti propter tentationum liberationem Ioan. 3. Sexto clauí domus Dauid propter cœlí apertionem, Eſa. 22. Septimo, Sceptro aureo Aſſueri propter clementiæ diuinæ demonſtrationem, Heſter 8. Octauo, uchiculo Solomonis, propter credentium ad ſuperna euectionem, Can. 3.

Manuum extenſio.

Miniſter præterea Sacerdos in hoc ſacratiſsimo actu manus poſt eleuationem extendit, quia Chriſtus ſuper aram crucis manus expandit poſt illã ſui corporis & ſanguinis porrectionem, ſecundum illud Propheticum, Expãdi manus

Eſa. 65.

meas

meas ad populum non credentem mihi.

Et sacerdos dicit, Ergo memores gloriosissimæ eius passionis & ab inferis resurrectionis, & in cœlum ascensionis, offerimus tibi hãc immaculatam hostiã, hũc panem sanctum, & calicem uitę ęternę: & petimus & precamur, ut hanc oblationem suscipias in sublimi altari tuo per manus angelorũ tuorum, sicut suscipere dignatus es muneri pueri tui iusti Abel, & Sacrificium Patriarchę nostri Abrahę, & quod tibi obtulit summus sacerdos Melchisedec. Ergo quotiescunque accipis, quid tibi dicit Apostolus? Quotiescunque accipimus, mortem domini annunciamus. Si mortem annunciamus, annũciamus remissionem peccatorum. Si quotiescunq; Ambrosi9.

effunditur sanguis, in remissionem peccatorum funditur, debeo illum semper accipere, ut semper mihi peccata dimittantur. Qui semper pecco, semper debeo habere medicinam. Hæc D. Ambrosius lib. 4. de sacra. cap. 6. Ex quo quidem Ambrosio habes hæc sacri Canonis uerba ante mille ac centum annos & ultra in usu Ecclesiæ fuisse. Addo quod hæc eadem uerba in Missa Græcè scripta reperiuntur, qua & iam diu Græci utuntur ac usi fuerunt, testantibus hæc uetustissimis codicibus.

Mortuorũ memoria ab Apostolis manauit. Dionysio.

Sequitur mortuorum memoria, quia hæc institutio ab Apostolis manauit, docet Dionysius cap. 4. Ecclesiasticę hierarchię, ex Apostolica traditione, precationes quasdã animabus (quæ dignæ sunt) posti

quã hinc exierint, prodesse posse.
Nec dissimiliter Chrysost. homilia 69. Non temere, inquit, ab Apostolis hæc sancita fuerũt, ut in tremendis mysterijs, defunctorum agatur commemoratio. Sciunt enim illis inde multum contingere lucrum utilitatem multam. Hęc ille. Huius rei meminit etiam Tertullianus de exhortatione castitatis pagi. 581. Et iã repete, inquit, apud Deũ, pro cuius spiritu postules, pro quo oblationes annuas reddas, &c̃. Chrysost. Tertullia.

Sacrificia pro eis (Celernia, & Laurentio, & Ignatio) semper, ut meministis, offerimus, quoties martyrum passiones, & dies anniuersaria commemoratione celebramus. Cypria. lib. 4. Epistо. 5. Cypriano.

Deo animas nostras addicamus, G. Nazia.

nec nõ & eorum qui ante nos sunt dissoluti, tanq; qui in uia iam fuere paratiori, Gregor. Nazianzenus Oratio. 7.

Ambrosi. Tibi nũc omnipotens Deus innoxiam commendo animam (Satyri fratris mei iam uita defuncti) tibi hostiam meã offero, cape propitius, ac serenius fraternum munus sacrificium sacerdotis, hęc mei iam liba præmitto D. Ambrosi. in oratione super obitu fratris.

Augustin. Nanque illa (Monica) imminente die resolutionis suæ, non cogitauit suum corpus sumptuose cõtegi, se tãtummodo memoriam sui ad Altare tuum fieri desiderauit, cui nullius diei prætermissione seruierat, unde sciret dispensari uictimam sanctam, qua deletum est chirographum,

nographum, quod erat contrarium nobis. Augusti. lib. confessio. 9. capite 13.

De mortuorum commemoratione loquitur D. Ambrosius in oratio. Funeb. super obitu Valenti. Imp. Beati ambo (Gratianus scilicet & Valentinianus.) Si quid orationes meæ ualebunt. Nulla dies uos silentio præteribit. Nulla inhonoratos uos mea transibit oratio. Nulla nox nõ donatos aliqua precum mearum contextione trãscurret. Omnibus uos oblationibus frequentabo. Ambrosi.

Oblationes pro spiritibus dormientium ipsos uerè aliquid adiuuare credendum est, inquit Augusti, Epist. 64. ad Aurelium. Augusti.

Chryſoſt. Sic Chryſoſtomus, quem unum perpetuò aurei oris cognomento eloquentia honeſtauit: Opitulemur igitur (inquit) defunctis fratrib. memoriã pro ipſis faciamus. Nam ſi Iobi illius liberos patris victima purgauit, quid dubites è nobis quoque ſi pro dormientibus offeramus, ſolatij quiddam illis acceſſurum, gratificari Deus propter alios alijs ſolet. Chryſoſto. in 1. Corinth. 15. Homilia 41.

Ab Apoſtolis igitur & ſanctis patribus hæc inſtitutio manauit, ut inter ſacra, defunctorum ageretur memoria, ſic enim aliquid inde lucri facile conſequitur. Cæterum animabus, quæ uel in cœlo beatæ ſunt, uel in gehenna damnatæ nihil accedere lucri poteſt, quo fit ut PVRGATORIVM eſſe locum

cum existimemus, ubi consistentes ad tempus animæ, deuotis interea uiuorum precationibus refocillantur & releuantur eleemosynis, diuersum olim senserunt Græci, at postea in concilio Florentino Anno 1434. cesserunt & à pertinacia sua resipuerunt. Quamobrem apprime necessaria res est Christianis, nosse esse locum in quo pro minutis animæ corporibus exutæ, uelut aurũ in fornace purgationem accipiunt, priusquam in cœlum admittãtur. Et quoniam scriptura sacra, cõclaue quoddã est omniũ ueritatũ, quę Christianis scitu necessarię sunt, nemini potest ambiguum esse, quin purgatorij ueritas in ipsa contineatur, & quin ex ipsa quoq; probari possit. Sed de his satis superq; ad ulteriora progrediũdum.

M. Lutherus fatetur Expiatoriũ Articulo 37 affert. in Lipsico congressu.

Osculum quid significet.

Occlusum ad hæc in utriusq; sacræ paginę libris significat unionē dicente scriptura, Cant. 1. Osculetur me osculo oris sui. Charitatis osculum, Geneseos 27. Izaac dicebat ad filium suum: Accede ad me, & da mihi osculum fili mi. De pacis uerò osculo loquitur Paulus ad Rhomanos scribens cap. 16. Salutate uos inuicem in osculo sancto, id quod antiquum est. Satis enim constat Hebręos sic consueuisse in osculum excipere hospites, atque hoc pacto salutare adeuntes sc. Ad hunc modum Iacob ut uidit puellam Rachel, ore est prius osculatus quàm illi indicaret se eius esse amitinum. Et Laban pater ipsius Rachel ut nouit Iacob filium Rebeccæ sororis suæ, complexus est eum ruens in osculum. De osculandi ritu Tertullia, lib. ad uxorem altero.

Est

Eſt & oſculum reuerentiæ, dicente Iheſu ad Simonem: Oſculum mihi non dediſti. Hæc autem ex quo intraui non ceſſauit oſculari pedes meos. Luc. 7. Ad ſignificandum ergo triplicem pacem, temporalem, ſpiritualem, & æternalem, & ad deſignandum unionem diuinitatis ad animam, diuinitatis ad carnem, carnis ad animam, uel unionem qua unita eſt Chriſto humana natura ſancta Eccleſia, & fidelis anima, oſculum prębet miniſter & ſacerdos pius, non oſculo adulatorio quo oſculabatur populum Abſalon, 2. Reg. 15. Non oſculo ſimulatorio quo Ioab oſculabatur Amaſam, 2. Reg. 20. Non oſculo nephario quo Iudas oſculabatur Iheſum, Matth. 26. Nec etiã oſculo impudico quo mulier oſculabatur iuuenem irretitum, Prou. 7. ſed oſculo ſancto, in-

quam, quod fit in pacis & charitatis fomentū, de quo Paulus 1. Thes sal. ulti. Horum omnium meminit Cyrillus in Euang. Ioā. lib. 12. cap. 54. Pax uobis, inquit Christus, ad discipulos, unde lex quædā Ecclesiæ tradita est. In sanctis enim congregationib. hoc sæpius ad inuicē dicimus. Hæc ille. Cum enim pax uobis dicimus & spiritui tuo, non uoce solum (dicit Chrysosto. in caput Matth. 10. Homilia 33.) sed animo quoque respondeatis, non ore magis quàm mente id proferentes. Anno domini 405. Inno. Pp. 42. ordinatus, sedit annis 15. decessitq; 4. Idus Martij. Hic instituit ad Missas pacis osculum dari, &c.

Ablutio manuum.

Post sumptam Eucharistię sumptionem sacerdos abluit & pertundit manus, ne quid incaute remaneat

neat ex contactu sacramenti diuinissimi, non q̃ quicquam immundum ex contactu sacramenti contraxerit, sed ut suã potius indignitatẽ seu infirmitatẽ cõmemoret, qui seiudicauit tantis sacramentis celebrandis indignum, secundũ quod dominus ait Luc. 17. Cum omnia bona feceritis, dicite, serui inutiles sumus. Trina uerò sacerdotis ablutio, quæ fit in principio, in umbilico, in calce, designat mundationem cogitationis, locutionis et actionis. Trina ablutio.

Precamur tandem agnum Dei, qui Christus est, ut tollat peccata nostra. Vnde Chrysosto. Hom. de Encenijs, inquit: Quid facis homo? Non promisisti sacerdoti qui dixit: Sursum mentem & corda & dixisti: Habemus ad dominum? Non reuereris & erubescis? Et illa Agnus pro nobis immolatur.

ipsa hora mendax inueneris papę. Mensa mysteriis instructa est, & Agnus pro te immolatur, sacerdos pro te angitur, ignis spiritualis ex sacra mensa refluit. Hæc ille.

Anthiph. post cōmunionem.

Antiphona quę post cōmunionem cōcinitur, Apostolorum gaudium de Christi glorioſa anastasi seu resurrectione significat, secundū illud, Gauisi sunt discipuli uiso Domino, et prę gaudio mirabantur Ioan. 20.

Oratio nouissima.

Tandem communione peracta pius sacerdos, altare deoscolās extensis in cœlum manibus ultimam orationem exequitur. Benedictionem illam significans quam Christus ascensurus in cœlum legitur dixisse discipulis suis. Nam ut Lucas ultimo cap, commemorat, eduxit eos

xit eos foràs in Bethaniam, et eleua tis palmitibus, benedixit eos & factum est cum benedixisset illis, recessit ab eis, & ferebatur in cœlum.

Peractis sacris per Diaconũ canitur: Ite MISSA est, quod idem est, ac licet, hoc est ire licet, repræsentans illud quod dictum est discipulis, Act. 1. Hic Ihesus qui assumptus est à uobis in cœlum, &c̃. Ite Missa est.

Exacta itaque consecratione, omnes communicent, qui noluerint ecclesiasticis carere liminibus. Sic enim & Apostoli statuerũt, inquit Anacletus. Et Chrysosto. Hom. 3. in Ephes. Epistolam. Preconem audis stantem ac dicẽtem: Quotquot estis in pœnitentia constituti, abstinete, quotquot ergo non communicant, in pœnitentia sunt. Anacletus. Chrysost.

Die Dominico Missa & contio audienda.

Ecclesia etiam uult ut omnes fideles die dominico ad celebrationem Missarum & auditionem uerbi Dei conueniant, nec ante discedant quàm sermo finiatur, & tota MISSA benedictione & dimissione sacerdotis cõpleatur, Eliber. concili. cap. 21.

Non sacrificandũ sine arbitris.

Anacletus etiam huius rei studiosus uoluit, ut sacerdos non nisi coram saltem duobus sacrificaret, quò, credo ne ille frustra bene precãdo diceret: Dominus uobiscum, si minus quàm duo sacris interessent, proinde non recte faciunt, qui sine arbitris sacrificant.

Obiectio.

At obijcit Nasutulus, præcepta Dei nõ hominum inuentiones seu traditiones (quemadmodum huiusmodi ceremoniæ sunt) prædicã

da

da sunt? Responsio: Imò & homi-
num, si nihil diuinæ potentiæ dero
gant, testatur Basilius lib. de Spiri- Basilius.
tusan. cap. 27. dicens: Si aggredere
mur non scripto proditas consue-
tudines, uelut non magnam uim
habentes reiicere, imprudentes eti-
am ipsis principalibus Euangelij Traditio-
nes ueteres
immutare
periculo-
sum.
partib. damnum inferremus, imò
potius ipsam Euangelij prædica-
tionem ad nudum nomen contra-
heremus: uelut uerbi gratia, ut eius,
quod primum, & cõmunissimum
est, primam mentionem faciam: Fi
gura crucis signare eos, qui in no-
men domini nostri Ihesu Christi
spem habent, quis scripto docuit?
Ad Orientem conuersos esse nos,
dum oramus, quę scriptura nos do
cuit: Inuocationis uerba, dũ ostẽ-
dimur panis Eucharistiæ, & poculũ Euchari
stiæ mon
stratio.
benedictionis, quis sanctorum scri

pto nobis reliquit? Non enim his contenti ſumus, quorum Apoſtolus, aut Euangelium mentionem fecit, ſed & ante, & poſtea alia quędam dicimus, uelut magnũ robur ad myſteria habentia, ex doctrina, ſcripto non prodita, aſſumpta. Benedicimus aquam Baptiſmatis, & oleum unctionis inſuperq; ipſum, qui baptizatur, ex quibus ſcriptis? Nonne à tacita & arcana traditione? ipſam uerò olei illitionem, quæ doctrina docuit? At ter immergi hominem unde eſt? Reliqua item, quę circa baptiſma ſunt, Renuncia re Sathanæ, & angelis eius, ex qua ſunt ſcriptura? Nonne ex hac non publicata, & arcana doctrina, quã in minimè curioſo, ac ſolicito ſilentio Patres noſtri conſeruarunt, rectè illi, utpote docti myſteriorum reuerentiam, & autoritatem ſilen-

Chriſma.

tio

tio cuſtodiri. Hæc ille. Et ſequitur cap. 29. in eodem libro de Spiritu ſancto. Apoſtolicum arbitror eſſe, etiam in non ſcriptis traditionibus perſeuerare. Laudo enim, inquit Paulus, uos, quòd omnia mea meminiſtis, & quemadmodum tradidi uobis, traditiones continetis, & obtinetis traditiones, quas accepiſtis, ſiue per ſermonem, ſiue per Epiſtolam. Et Auguſti. Caſulano ſcribens Epiſtola 86. eadem rememorans, inquit: In his rebus, de quibus nihil certe ſtatuit ſcriptura diuina, mos populi Dei, uel inſtituta maiorum pro lege tenenda ſunt. Et Orig. Mat. 24. inquit: Non debemus exire à prima & Eccleſiaſtica traditione, nec aliter credere, niſi quemadmodum per ſucceſsionem Eccleſiæ Dei nobis tradiderunt. Et Imperatores Gratianus, Valent. Auguſtin. Origenes.

Theodo. in edicto urbis ad populũ Constantinop. omnino uoluit populum in tali fide uersari quam diuinum Petrum Apostolum constat tradidisse Rho. & quam teneat Pontifex ille Damasus (Cyprianus eas duntaxat traditiones humanas reijcit, quæ sunt legi diuinæ contrariæ) usus enim Ecclesiæ in scripturã iuuat sicut scriptura scripturæ consentit. Est igitur superioribus obediendum, in omnibus ijs præceptis, quę sunt uel iure diuino mãdata, uel quæ per se uel propter se nec mala nec bona sunt, aut diuina institutione, aut propria cuiusq; professione fixa non sunt. Satis ergò me docuisse credo, quę sunt etiam ex humano Decreto maxime Conciliorum & uera sententia Patrum, non adeò usquequaq; damnanda esse.

Cæte

Cæterum de Canone ſacroſanc-
to in quo totus actus, tota pertra-
ctatio huius ſacramenti iuxta inſti
tutionem Chriſti pleniſsimè in my
ſterijs continetur, cum in tanto my
ſterio explanando non admodum
ſufficiens ſim, domi enim curta ſup
pellex (ardua enim & imperueſti-
gabilis materia, principio & fine ca
rens) maximè uerò cum iam olim
multi profundi uiri, cum clariſsi-
mo uiro GEORIO VVICE VVicelius
LIO, illa uberrimè tractarint, quo
rum etiam iudicio humilime me,
dientulus minimus, ſubmitto, ſu-
perſedendum eſſe duxi.

Et breuiter, neque quicquam a-
liud MISSA eſt quàm opus re- Miſſa quid
cordationis, ſiue commemoratio-
nis, ſeu imaginationis, ſiue repræ-
ſentationis, paſsionis Chriſti, ubi

ex inſtitutione Chriſti, panis ac uinum cõſecrantur atq; uerum Chriſti corpus & ſanguis, ſub eorũdem ſpeciebus Deo patri offeruntur, & tertio manducantur. Quòd ſi quid aliud ſacro accedit, cuiuſmodi ſunt cantica, ceremoniæ, ac ueſtes, non MISSAE ſubſtantiam attinet, uerùm magis deuotionem excitat, inflammat. Dicũtur autem illa omnia ſacra non tamen ſacramenta, quæ & ipſa quoque quamuis ſpiritualis gratiæ effectum non habeãt, neque conferant ſanctificationem, in hoc tamen ſacra ſunt, quòd ad ſancta pertineant, & illis cohærent quæ ſanctitatem habent, & conferunt ad ſanctificationem. Iſta ergo quaſi ſimpliciter ſancta ſunt, illa uerò quibus iſta conſecrantur ſancta ſanctorum.

Ceremoniis quid ſanctitatis inſit.

Altare

Altare, ut legitur in libro Gene- Altare.
seos, Noë primus omnium fecit, & super illud holocaustum obtulit, quod institutum etiam hodie in Ecclesia seruatur. Bonifacius uerò tertius autor fuit, ut altaria candidis operirentur ac lineis pannis, & cæt.

Quod autem semel tantum die sacrificabatur primitus, Alexandri primi, teste Gratiano, est Decretum, sicut & illud Telephori (Anno 134. uixit) quòd Dominico natali die ter sacerdos rem diuinã per tractat. Primò in media nocte, cum Christus est natus. Deinde incescẽte aurora, quando pastores natum inuiserunt. Postremò, ubi prima lux humano generi affulsit: Propter quod canit Ecclesia: Gaudet chorus cœlestium & Angeli canũt Tres Missę natiuitatis festo cur.

Deum palamq; fit pastoribus Pastor creator omnium. Adijcitur & alius sensus mysticus, triplici enim actu status triplex gentium significatur. Primus qui sine lege fuit, cui omnia fuerunt circumfusa. Alter lucis & tenebrarum simul particeps, cum post datam legem fuit omnino aliqua Dei agnitio, sed nondum perfecta. Tertius, gratiæ est, cui Sol, id est, ueritatis lux affulsit.

Status triplex gentiũ

MISSAM autem ab Apostolis celebratam, produnt historiæ, ut de consecra. disti. 1. cap. Iacobus, clarissimè insinuatur. Petrus enim in Antiochia, Iacobus Hierosolymis, Marcus in Alexandria, Andreas in Achaia, Christum obtulisse in MISSAE officio legunt-

Apostoli celebrarũt Missas.

tur.

Diui-

Diuiditur autem MISSA quæ celebratur in commemorationem passionis Christi in 5. partes, Quin quies enim sanguinẽ suum fudit. In circumcisione, Luc. 2. In oratione quando positus in agonia prolixius orabat, Luc. 22. In flagellatione, quando spinea corona capiti eius imposita est, Matth. 27. In perforatione manuum & pedum in cruce. Et ultimo in apertione lateris postquam iam secundum humanitatem mortuus erat, Ioan. 19. Quæ omnia curiosus lector in Canone MISSAE sufficientius uidere potest. In quot partes diuidatur Missa.

Nunc autem abrogata est MISSA, sed quid illi successit sacratius? Errant ergo qui propter uitia sacerdotum et Missantium abusus MISSAM abrogare satagunt, Missantiũ abusus nihil detrahit sacræ pertractationi.

Sic enim nec sacramenta administrari patiemur. Quapropter sacerdotis iniquitas nullo modo effectū impedit sacramenti.

Sicut nec infirmitas medici uirtutem medicinę corrumpit, quamuis igitur opus operans aliquando sit immundum, semper tamen opus operatum est mundum. Et ergo recte Theophylactus in caput Luc. 19. scribens, inquit: Omnis enim cuicunque concredita est presidentia, etiamsi indignus fuerit, donū habet ex unctione sua, id quod magnum diuinæ misericordiæ sacramentum est. Et Augustinus in omnibus libris contra Donatistas, ait: Sacramento nihil detrahitur, neque perit quicquam de eius uirtute qualiscunque sit minister. Et D. Chrysosto. Hom. 8. in 1. Corint. cap.

Theophy.

Augustin.

Chrysost.

cap.3. Contingit, inquit, & laicos bene uiuere, sacerdotes uerò impie. Neq; debuisset, aut Baptisma esse, aut corpus Christi, aut oblatio, quæ per eos administrarentur, si ubique gratia meritum exquireret. Nunc autem per indignos consueuit Deus operari, & nihil propter sacerdotis uitam Baptismi gratia læditur.

At rursus obijciunt, multi uestri ordinis onera grauia & importabilia, imponunt humeris hominum, digito autem suo nolunt ea mouere. Responsio: Cur non & illud adiungunt, quod ante hoc dixit dominus: Super cathedrã Moysi sederunt scribæ & pharisæi, omnia ergo quæcunque dixerunt uobis, seruate & facite, secundum uerò opera eorum nolite facere. Di- Obiectio. Matth.23.

cunt enim & non faciunt, recte ergo D. Chrysostо. in Homilia 73. loquitur, dicens: Ne quis dogmata negligat, neue in sacerdotes insurgat. Hæc ille. Illis autem qui compotationes uespertinas usq; ad intempestam noctem producunt & mane adhuc hesternam crapulam eructant præsumentes ingredi ad tremenda MISSAE mysteria Dominus VAE adiudicat. Male dictus, inquit, qui facit opus Domini fraudulenter, Hiere. 48. Ezech. 13. Quòd si, inquam, ut repetam, delicati illi & obesi illa neglexerint, egregiè aliquando esurient.

Qui scripserint Missandi modum

Possem quidem, uiolentas & extortas intepretationes aliquorum, rationibus sufficientibus refellere, nisi scirem id iam olim uiros grauissimos fecisse, inter quos emicuit Basilius. SILIVS ille magnus scriptorũ an-

antiquissimus & uir iuxta doctissimus atque sactissimus Episcopus Cæsariēsis, is modum scripsit Missandi ad insignem uirum Emissenum. Et DIONYSIVS Areopagita Pauli Apostoli auditor Anno 100. hic in Apologetico aduersus gentes MISSAE sacrificio patrocinat cap. 59. Et Eccles. Hierarch. cap. 3. Sic etiā patrocinat missę sacrificio IGNATIVS diui Ioan. Apost. discipulus in Epist. ad Smyrnen. Et CLEMENS R. Episcopus anno tertio Troiani succumbens, is prohibet ne in locis insolitis EVCHARISTIA offeratur. Innumeros uenerandos uiros patres transeo. Ne ergo ex aliena industria famam quærere uidear, ad illos remitto quosque detractores. Manifestum est igitur, non insolitam aut inuersam esse actionem sacram (quam credimus, do-

Dionysius

Ignatius.

Clemens Anno salutis 94.

cemus & propugnamus insisten-
tes uestigijs sanctorum Patrum
imò CHRISTI) sed nihil alie-
nius aut execrabilius illorum fig-
mentis. QVI uerò inter recentio-
res exactius omnia noscere uult, is
post Isidorum Hispalensem, perle-
Rabanus Anno 855. gat RABANVM Maurum
de clericorum institutione & cere-
Rupertus Año 1124. monijs Ecclesiæ, uel RVPER-
TVM Tuitien. de diuinis scribẽs:
Innocentius Anno 1195. uel si placuerit INNOCEN-
TIVM 3. doctissimum Pontifi-
cem, quem etiam in multis secutus
sum. Vel FRANCISCVM
Titelmannus. Micaël Sidonen. Titelmannum: uel denique MI-
CAELEM nuper Sidonen. nũc
Merspurgen. Episcopum, uerbi
Dei præconem eximiũ, cum enim
ex Apostolico præcepto, oporteat
Episcopum esse Dei dispẽsatorem
atque pedisequum. Cunq; in EC-
CLE-

CLESIA hoc sit EPISCOPVS quod in naui gubernator seu nauarchus, in curru rector, in exercitu dux, ipse instar boni patris familiâs Ecclesiæ suæ membra fideliter circumspicit, & ne quid lasabundum ruat curiose procurat, ut uerum sit, qui bona fide Deum colit, eundem & diuina diligenter excolere. Qui Homilijs de MISSA lingua Germanica, ut omnibus seruirent editis omnem actum huius pertractationis ordinatissimè explicat.

SACRAMENTVM EVcharistiæ est sacrificium.

CVm autem non soleant ratione ferę coërceri, sed minis, ut Alchmæon, inquit Poëta, qui ferina sunt natura eodem uidentur

esse cohibendi castigationis gene-
re, qui iamdudum tumuerunt, nec
minus temulẽtissimis uerbis, quàm
ebriosissimo sensu, nullum sacrifi-
cium in MISSAE actione su-
peresse leui susurro garriunt. Sanè
cum uideo hos tam contemptim
debacchari, Demonactis illius di-
ctum in mentem uenit. Is enim
quum feroculum quendam ex mi-
litari instituto ad palum se exercen
tem uidisset, nunc eminus iaculan-
tem, nunc cominus rem agentem,
& interdum punctim, mox cesim
ferire, à dextra & sinistra assultã-
tem, interrogatus tandem ab illo,
qualis sibi bellator uideretur, egre-
gius sane respondit, præcipuè ubi
ligneus tibi aduersarius obtigerit,
et profecto, nisi nos stipitibus insul
siores esse putarent, nequaquam
tam coactis argumentis seu potius
fabulis,

fabulis, quidam contra nos persultarent, insultantes nos multos asserere Christos, multa sacrificia unũ Christum in cœlis, et alterum in terris; imò esse innumeros, & tot quot sunt aræ, & in una ara plurimos. Vnde fit, ut qui à cane rabido morsi sunt, non solum rabiunt ipsi, uerumetiam alios cõtagio inficiunt. Ita etiam qui pestilentem alicunde imbiberunt opinionem, & alios solent suis huiusmodi sanis inficere, aliquando huiusmodi obiecta indigna sunt responsione, supersedere uolui studiose. Simile.

Est autem sacrificium uisibile, inuisibilis sacrificij sacramentum, id est, Sacrum signũ est, inquit Augusti. in lib. de ci. Dei 10. cap. 5. Sacrificium quid.

Audiamus ergo primo figuras

legis quibus non dubitamus facile posse probari SACRIFICIVM ESSE PLACATIONIS CHRISTVM. Si figuræ nihil probant, ut omni momento contra apertum scripturæ sensum occinitur à dogmatistis, cur queso per eas Christus instruxit? Sume è multis unam, Christus triduũ mortis suæ, per figuram Ionæ Prophetæ comprobat. Etiam Paulus ad Hebræos suos, doctissimè & prudẽter, nono capite, ex figuris inculcat Christi splendorem, excellentiam, ortum ex sacerdotio Leuitarum, ex tabernaculo, & his quæ ad tabernaculum spectant, umbram enim habet lex futurorum Hebre. cap. 10. Et Petrus fortissimus fidei agonista de baptismate loquens, 1. Pet. 3. ex figura Arcæ Noë necessariò epilogizat omnes extra illã perijsse, quæ parabola

Sacrificium placationis Christus.

parabola secundum sanctos Eccle
siæ Mystas est non baptizatorum.
Et uas electionis rursus ad Galat.
cap.4. figuram Ismaelis filij ancillę
Agar, & filij promissionis Izahack
ex Sara pulcherrimè deducit.

Sic figura est huius sancti sacri- AGNVS PASCHA LIS.
ficij esus agni paschalis, Quòd ue-
ro hic agnus paschalis institutio-
nis cœnæ dominicæ typum gesse-
rit, Euangelica inculcat historia.
Nam quando CHRISTVS
sacrã illam synaxin seu cõmunio-
nẽ quæ leiturgia est instituit, misit
duos, ex suis charioríb. in ciuitatẽ Matth. 26.
ut præpararent pascha, secundũ ri- Luc. 22.
tum, lotis prius pedibus Discipulo
rum, Ioan. 13. Sicq; sustulit prius, &
statuit sequens, figuram subsequu-
ta est VERITAS. Sic autem Exod. 12.
scriptum erat: Decima die mensis

primi tollat unusquisque agnum per familiâs & domos suas, & seruabit eam usque ad quartamdecimam diem mensis huius, immolabitq; eum uniuersa multitudo filiorum Israël ad uesperam, & sument de sanguine agni, & ponent super utranque postem, & in superliminarib. domorum in quibus comedent illum, & edent nocte illa carnes assas igni & azymos panes cũ lactucis agrestibus, & post pauca. Est enim phase, id est, transitus Domini. En uiden' agnum paschalem sacramenti illius, figuram? Agnus iste typicus, primo debuit assari, ignis enim consumẽs spiritus Domini est, cui omnia relinquenda sunt, Heb. 12. nihil ultra uires perscrutandum nobis, credere iubemur, discutere prohibemur. Secundo oportuit iuxta legem omnem mul-

multitudinem filiorum Israel eundem offerre, bis enim hoc repetitur in textu cap. 12. Exodi. Immolabit eum uniuersa multitudo filiorum Israël, quòd etiam Legislator Deutero. cap. 16. testatur. Mystice Aegyptus est mundus. Exterminator ἀγγελος. Agnus est Christus, ab ἄγνος quod est pium, latine ab agno scendo. Quoniam sicut in magno grege solo balatu matrem agnus agnoscit. Ita & Christus in ara crucis, & patrem agnouit obedientia, & matrem cura. Sanguis agni, sanguis Christi, passio Christi. Domus, animarum corpora: superliminare domus, cogitationum corda: Postes utrique, intellectus & memoria, &c. Si ergo (ut superius ostensum est) prius in figura, sub agno, Christus se obtulit typice iuxta legem, cur non uides necessariũ

Agnus cur dicat Christus. Esa. 53. Hiere. 11. Apoc. 13.

esse ut & seipsum sub speciebus panis ac uini & realiter obtulerit Deo patri, pro peccatis hominum, antequam seipsum, uerum agnum pascalem discipulis comedendum daret, & antequam in cruce liquidum funderet sanguinem: Conueniunt enim figura & figuratum in quantum sunt.

Melchisedech.

Hæc corroborãs D. Cyprianus Martyr, qui anno salutis 259. tempore Valeriani iniquissimi Imperatoris claruit, inquit: Christus obtulit hoc idem quod MELCHIZEDECK obtulerat, Melchisedec autẽ rex iustus sacerdos Dei summi, de cuius uirtutibus Hebrę. 7. obtulit panem & uinum Abrahæ reuertenti de cede regum Geneseos cap. 14. in magnum mysterium. Christus sacerdos est secundum

dum ordinem Melchisedec, testis est Psalmista Psal. 109. Obtulit ergo aliquid per consequens, quo ordinem sacerdotij MELCHIZEDIACI referret. Huius oblatio figura, illius Dei nostri ueri sacrificij adimpletio. Huic sacerdoti Leuitico Christus multis modis melioratur. Primò propter ritum sacerdotij, Ioā. 6. Panis quem ego dabo, caro mea est, &c̄. Sic Leuit. 26. Vetustissima ueterum comedetis, & uetera nouis superuenientibus proijcietis, non dixit uetera quasi sicut à tempore legis, sed uetustissima scilicet ante legem. Secundò quia prosapia seu genealogia caruit, Hebr. 7. Sic Christus Matth. 12. Quæ est mater mea, &c̄. Et Deutero. 33. Qui dixit patri suo & matri suæ, nescio uos. Tertiò, quia rex Salem & est pacis. Sic &

Christus Esaia testante capite nono. Princeps pacis est. Benedixit præterea Abrahæ, Geneseos 14. & Christi est benedicere, Nume. 6.

Hic ergo MELCHISEDEC panem & uinum typice, Christus corpus & sanguinem mystice obtulit, quare & ipse Christus in nouissima cœna, non instar Aaronis, AARONICVM sacrificium quod fuit conspersum sanguine hircorum uitulorum, De quo Augustin. de ciuit. Dei lib. 17. cap. 17. Iam, inquit, nusquam est sacerdotium, & sacrificium secũdum ordinem Aaron, & ubique offertur sub sacerdote Christo, quod protulit Melchisedec, quando benedixit Abraham. Hæc ille. Sed uerus Melchisedec, panem & uinũ obtulit, hoc est, corpus & sanguinẽ sub

Sacrificium Aaronicũ.

Augustin.

sub eorundem speciebus mystice, sicut alter typice. Quæ omnia qua sidigito demonstrans EPIPHANIVS contra Melchisedecianos pag. 224. ait: Quando Abraham fuit annorũ 88. aut nonaginta plus minus, tunc Melchisedec ipsi uenit obuiam, & proposuit ipsi panes, & uinum, mysteriorũ ænigmata præfigurans, & exemplaria, quum dominus noster dicat: Ego sum panis uiuens, et exemplar sanguinis ipsius, qui ex latere ipsius compuncto fluxit, ad purgationem inquinatorum, & respersionem, ac salutem animarum nostrarũ. Hæc ille. Non dixit scriptura, quod detulerit ABRAAMO uinum, & panem, sed obtulit ipsi, & posteris eius, uelut à regib. uenientem patriarcham excipiens, & benedixit ipsum propter iustitiam, qui erat in ipso, & fi- Epiphanius

NOTA. delitatem,ac pietatem uiri. Fateor quidem ingenue semel oblatum esse Christum pro peccatis, at per sacrificium nostrum idipsum nobis adplicatur instrumentaliter, sicut apud Patres. Est enim repræsentatiuum passionis illius Christi,& ab eodem præceptum. Si ergo pro aliquo orare possumus,Rhoma.15.& ieiunare pro aliquo, 2. Thessalo.3. & nostrã abstinentiã Christi alteri applicare,et nostrum corpus offerre tam nostri quàm cæterorum causa, hostiam sanctam, Deo placentem, charitatis enim uinculum exposcit,ut sic pro proximo deprecemur. Si ergo corpus meum,cur non & corpus Christi,pro peccatis meis & alterius offerrem? cũ Christus sit mediator et caput nostrum?

FIGV

FIGVRAE VERI sacrificij.

Sic postquam impleti sunt dies purgationis par turturũ, obtulerunt Ioseph & MARIA, Luc. 2. secundum legem Moysi, Num. 8. Hæc enim est oblatio Aharon & filiorum eius quam offerre debent Domino in die oblationis, sicuti scriptum est Eccles. 7. Sacrificium sanctificationis offeres Domino. Et nunquid Agag, 1. Reg. 15. regem Amalec obtulit SAMVEL? Sic etiã respexit Dominus ad munera pueri sui iusti Abel, Geneseos 1. Et IOB consurgens diluculo, Iob. 1. obtulit holocausta. SOLOMON præterea, 2. Para. 8. obtulit holocausta Domino super altare Domini quod extruxerat ante porticum ut per singulos dies offer

retur in eo iuxta præceptum Moy
si. Vnde Dauid Psal. 49. Non in sa
crificijs tuis arguam te, holocausta
autem tua in cospectu meo sunt
semper. Et idem Psal. 65. Holocau
sta medullata offeram tibi cũ incẽ
su arietum. Sic tentauit in magnũ
Abraham. mysterium Dominus ABRA-
HAM dicens, Tolle filium tuum
unigenitum quem diligis IZA-
HACK & offer eum in holocau
stum super unum montium quem
monstrauero tibi. Hic ergo quan-
do obtemperauit iussis Domini, sal
uatur filius, tripudiat pater, collau-
datur amborum fides & obedien-
tia. Id autem ABRAHAM
non fecit, ut filium immolaret ali-
cui idolo (ut peruersi quidam, stul-
tè opinantur) quemadmodum na
tiones gentium, & ad imitationem
earum, filij Israhël habitantes inter
eas,

eas, de quibus Psal. 105. Et commixti sunt inter gentes, & didicerunt opera eorũ, et seruierunt sculptilib. eorum, & factum est illis in scandalum & immolauerunt filios suos et filias suas demonijs, & effuderunt sanguinẽ innocentem, sanguinem filiorum suorum, & filiarum suarum quas sacrificauerunt sculptilibus Chanaan. Huiusmodi autem funestas immolationes & sacrilegos ritus non habuit populus Israẽliticus ex lege Domini sibi data, Deutero. 7. & 12. quinimo in illa districtè prohibuit Deus huiusce generis hostias, & mores gentium. Abraham uerò, accepto à Deo præcepto Geneseos 22. quod filium suum illi offerret in holocaustum, ut uere obediens illud Dei mãdatum exequi uoluit, & Deo proprium filium in uictimam offerre, unde per

ſpecta eſt eius admirabilis obedien
tia, etiam à Deo magnopere com-
mendata, & larga benedictione re-
munerata. Non igitur ob id opus,
uituperādus eſt Abrahā, ſed quàm
maximè ab omnibus collaudan-
dus. In quo facta eſt expreſſa figu-
Digreſsio. ra paſsionis Chriſti. Per Izahacke-
nim non immolatum figuratur in
Chriſto natura diuina impaſsibi-
lis. Per arietem immolatum, caro
Chriſti pro peccatis offerenda &
immolanda in paſsione. Per hoc
quòd aries hærebat cornibus figu-
rabatur, q̄ Chriſtus inter cornua
crucis erat ſuſpendendus. Per hoc
autem quòd inter uepres, ſignifica
batur quod prius erat coronan-
dus. Per hoc autem quòd Abra-
ham immolauit, figurabatur quòd
à ſtirpe eius erat crucifigendus &
occidendus. Per angelum uerò lex

&

& prophetia. Sed ut propositum persequar. Sic Noë ædificauit Geneseos 8. altare Domino, & tollens de cunctis pecoribus ex uolucribus mundis obtulit holocausta super altare. Sic Iaacob obtulit Christum per duos hœdos, coctos à Rebecca uxore sua, Geneseos 8. Angeli etiam Christum obtulerũt in cœlis, Danielis 7. Recte igitur Dominus per Malachiam cap. 3. Et placebit Domino sacrificium Iuda & Hierusalem sicut dies seculi, & sicut anni antiqui. Cæterum omnes, qui ab initio mundi fuere sacerdotes planè præfigurarunt ueluti in umbra sacerdotes noui testamenti ceu ueritatem, quum & illi in figura & mysterio & fide eundẽ, quem ij, Christum obtulerint, sacrificium crucis adeóque Christi sub specie & panis & uini aperto repręsentantes.

Iuge sacrifi cium.

Verùm hoc nostræ legis sacrifi cium in finem usque mundi perstiturum Propheta Daniel dudum prædixit: Impij, inquit, auferent iuge sacrificium, cap. 12. Populus autem cognoscens Deum suum, obtinebit Vnde etiam D. Chrysostomus in 2. ora. contra Iudæos, semper offerendum esse asserit, & ergo 70. seniores ἐνδελιχισμὸν id est, continuationem dixerunt. Recte igitur Dominus Ierem. 33. Ecclesiam describens cessationem prædicit typicorum sacrificiorum, & infra: Non interibit de domo Dauid uir, qui sedeat super thronũ domus Israël, & de sacerdotibus & Leuitis non interibit uir à facie mea qui offerat holocaustomata, & incendat sacrificium.

ἐνδελιχισμὸν quod Hiero. uertit iuge sacrificium.

Sacrificiorum etiam meminit Ba-

Baruch Propheta, dicens: Ecce mi- Baruch 2.
simus ad uos pecunias de quibus
emite holocaustomata et thus & fa
cite Manna, & offerte pro peccato
ad aram Domini Dei nostri. Et E-
zechiel. cap. 42. Ibi in Gazophyla-
cijs sanctis, ponent sacerdotes san-
cta sanctorum, & oblationes pro
peccato & pro delicto. Obtulisse
sacrificium præcij nostri Augusti-
nũ pro matre Monica priusquam
terræ commendaretur, ipsemet te-
statur nono confessi. cap. 12. & 13.
Omnis enim Pontifex ex hominí-
bus assumptus. Hebręo. 5. Pro ho-
minib. constituitur, in his quæ sunt
ad Deum, ut offerat dona & sacri-
ficia pro peccatis. Et idem Paulus
Hebręo. 8. Omnis Pontifex
ad offerenda munera
constituitur.

Cypriãn9. HVius ſancti ſacrificij mentionit D. Cypria. lib. 1. cap. 16. cõtra Iudæos. Et idem ad Cæcilium fratrem. Sacrificium, inquit, noſtrum uino & pane perficitur.

Cyrillus. Sanctum ac uiuificum, & incruentum in Eccleſijs operamur ſacrificium, non unius, qui ſicut nos & cõmunis hominis corpus eſſe credentes, quòd proponitur, ſimiliter, & uenerabilem ſanguinem, ſed accipientes magis, ut factum proprium corpus, & etiam ſanguinem omnipotentis uerbi, cõmunis enim caro uiuificare nequit, inquit Cyrillus Alexandriæ Epiſcopus contra Neſtorium.

Chri-

Christus suscepturus uoluntariam pro nobis mortem, in nocte in qua se ipsum obtulit, testamentum nouum disposuit sanctis discipulis, & Apostolis, & per ipsos omnibus alijs in seipsum credentibus. Inquit Ioannes Damasce. libr. 4. orthodoxæ fidei cap. 14. de sanctis, & incontaminatis Christi mysterijs. Damasce.

Oblationes pro defunctis, pro natalitijs, annua die facimus, inquit Tertullianus, presbyter martyr sub Antonino Caracalla Anno post Christum natum 250. in libro de militis corona. Tertullia.

Etidem Tertullia. ad scapulam, inquit: Itaque & sacrificamus pro salute Imperatoris, sed Deo nostro & ipsius, sed, quomodo prece- Idem.

pit Deus, prece pura.

Irenæus. Irenæus ostendit dominum Ihesum docuisse offerre, dicens: Ecclesiæ oblatio quam Dominus docuit offerri in uniuerso mundo, purum sacrificium reputatum est apud Deum, & acceptum est ei, non NOTA. quòd indigeat à nobis sacrificium, sed quoniam is qui offert glorificatur ipse in eo quod offert, si acceptetur munus eius, hæc ille aduersus hæreses Valentini. lib. 4. cap. 34.

Theophy. Theophylactus Bulgariæ Archiepiscopus, qui elapsis aliquot annis cuiusdam uiri beneficio atque industria Latine loqui didicit, ostendit in cœna Christum obtulisse super 10. cap. ad Hebræ. Est enim Christus sacerdos summus, quia

quia unctus fuit ad Euangelizandum de seipso per Prophetam dicens: Spiritus Domini super me, propterea quod unxit me ad Euangelizandum pauperibus misit me. Et idem in cap. Matth. 28. ait: Manifestum est, quod Christus tunc immolauerit seipsum, ex quo tradidit discipulis corpus suum.

Porrò & uerè aureum os illud audiamus: est Chrysosto. qui anno post natum Christum 408. in exilio obijt, inquit: Semel oblatus est Christus ad exhauriendum multorum peccata, Homil. 15. Epist. ad Hebræ. 27. Et idem Chrysosto. in 2. Timoth. 1. Homil. 2. inquit. Sacra illa oblatio, siue illam Petrus, siue Paulus, siue cuiusuis meriti sacerdos offerat, eadem est, quam dedit Christus ipse discipulis, quáque Chrysost.

sacerdotes modo quoque confici-
unt, nihil habet ista quam illa mi-
nus, cur id? quia non hanc sancti-
ficant homines, sed Christus, qui
illam antea sacrauerat. Quemad-
modum enim uerba quæ locutus
est Christus eadem sunt, quę sacer-
dotes nunc quoque pronunciant,
ita & oblatio eadem est, eademque
Baptismi ratio est, adeò omnia in
fide consistunt. Hæc ille obtulit er-
go Christus patri semel hostiam ui-
uam offertur per sacerdotes quoti-
die eadem, nihilq; habet ista quàm
illa minus.

Augustin. Christus de corpore & sangui-
ne suo, instituit sacrificium secun-
dum ordinem Melchisedec. Au-
gusti. in Psal. 33. Et idem de Tem-
po. ser. 108. inquit: Gedeon sacrifi-
cio suo declarauit manifestissimè

post

post aduentum Domini omnia abolenda esse gentilitatis sacrificia, solúmque sacrificium dominicæ passionis pro religione populi deferendum. Et idem Augustinus de Tempore sermon. 150. Christus nouo Ecclesiæ populo nouum sacerdotium, & nouum sacrificium initiauit, ut uidelicet nouum uinum in utres nouos mitteretur. Hæc ille.

Recurre ad Genesim, & Melchisedec regem Salem, huius principem inuenies ciuitatis: qui iam tunc in typo Christi panem & uinum obtulit: & mysterium Christianum in saluatoris sanguine & corpore dedicauit, inquit D. Hiero, ad Marcell. Hieron.

Quod oblata sacrificia conse- Isidorus.

crantur Deo à sancto Petro est constitutum, unde sacrificiũ ipsum hostia MISSA uocatur. Primum à parte ut esset nobiscum, postea patri à nobis, ut intercedat pro nobis ad ipsum, primum nobis à patre per incarnationem, postea patri à nobis per passionem. Hæc autem est sola sufficiens & idonea legatio ad soluendas inter Deum & homines inimicitias & offensas, inquit Isidorus Hispalensis uir non mediocris ingenij & eruditionis.

Augustin. Sic Hebræi in uictimis pecorum, quas offerebant Deo, multis & uarijs modis, sicut re tanta dignum erat, prophetiam celebrabãt futuræ uictimæ, quam Christus sustulit. Vnde iam Christiani peracti eiusdem sacrificij memoriam celebrant, sacrosancta oblatione, et participatione

ticipatione corporis & sanguinis Christi, inquit Augustinus contra Faustum lib. 20. cap. 18. &c.

Quid ergo reliquum est aliud quàm nos in MISSA uerè sacrificare, & offerre Christum, Deo patri pro omnium peccatis? Hinc D. Cyprianus Epist. 2. Sacerdotes, inquit, qui sacrificia Dei quotidie celebramus, hostias Deo & uictimas præparamus. Et idem sanctus Martyr lib. 2. Epist. 3. ad Cecilium. Dicebat sacerdos ueteris testamenti: Hic est sanguis fœderis. Christus autem dicit: Hic est sanguis noui testamenti. Est ergo consummatio ueteris testamenti, noui institutio. Cyprianus

Non licet sine Episcopo, neque offerre, neque sacrificium immo- Ignatius.

lare, neque MISSAS celebrare, inquit Ignatius in Epistola ad Smyrnenses, claruit hic Apostolorum ætate.

Eusebius. Age quid sibi vult quod ait Eusebius Emissenus, qui Constantino & Constante imperantibus vixit Anno 341. Peruenit, inquit, ad sanctum concilium, quod in quibusdam locis, & festiuitatibus, presbyteris Diaconi sacramenta porrigant, hoc neque regula neque consuetudo tradit, quod ij qui offerent sacrificia non habent potestatem, ijs qui offerunt corpus Christi porrigant. Hæc ille lib. 10. Eccles. Hist. cap. 6. ex 14. Canone Niceni concilij.

G. Nazia. Gregorius Nazianzenus D. Hieron. præceptor, claruit sub Valentiniano

lentiniano Anno 384. moritúrque sub Theodosio Imperatore. Hic inter multa sancta carmina sic canit.

O sacrificia mittentes incruenta sacerdotes.
O animarum glorioſi custodes, O magni.
Figmentum Dei in manib. ueſtris ferentes.

Vmbra in lege, imago in Euangelio, ueritas in cœleſtibus. Ante agnus offerebatur, offerebatur uitulus: nunc Chriſtus offertur, ſed offertur quaſi homo, quaſi recipiens paſsionem: & offert ſe ipſe quaſi ſacerdos, ut peccata noſtra dimittat. Hic in imagine, ibi in ueritate, ubi aduocatus patrem pro nobis quaſi aduocatus interuenit, inquit Ambroſ. lib. officio. 1. cap. 48. Et idem Ambroſius libro 4. de ſacra. cap. 1. Cognouimus Sacramentorum iſtorum figuram Abrahę temporibus prędeceſsiſſe, quando obtu-

Ambroſio Anno 401. carne ſolutus eſt.

lit sacrificium Sanctus Melchisedec, neque initium habens, neque finem dierum. Et idem. Quid desperare de tua misericordia possumus, qui tantum munus accepimus, ut talem tibi hostiam offerre mereremur, corpus scilicet, & sanguinem Domini nostri Iesu Christi, qui se pro mundi redemptione piæ illi, ac uenerandæ tradidit passioni: Qui formam sacrificij salutis perhennis instituens, hostiam se primus obtulit, & primus docuit offerri. Ex Missa diui Ambrosij cę næ Dominicæ.

Martialis. Honorabatis sacerdotes, qui decipiebant uos suis sacrificijs, qui mutuis & surdis statuis offerebant, quæ nec uos, nec se iuuare poterãt: nunc autem multo magis sacerdotes Dei omnipotentis, qui uitam uobis

uobis tribuunt in calice & uiuo pane, honorare debetis. Hæc ille ad Burdegalenses.

Passio Domini est sacrificium quod offerimus, inquit Cyprianus 2. lib. Epist. 3. Nullus profecto uir mentis compos iudicare poterit minus credendũ esse huic tanto Pontifici quàm impijs, qui ut omnium uirtutum osores, & omnium carnis uoluptatum impuri assertores sunt, ita nihil sapiunt eorum quæ sunt spiritus Dei, proinde illis nihil credendum maximè in his quę friuole contra Ecclesiam deblaterant. Cyprianus

Quemadmodum ergo lex confirmata est à sacerdotibus per sanguinem hircorum. Ita Euangelium cõfirmatum est à Christo sum-

mo ſacerdote in cœna per effuſio-
nem ſanguinis precioſi, patet ergo
Chriſtum omnium ſacrificorum eſ
ſe finem, & ideo figuratiuè eſt ob-
latus in omnibus ſacrificijs antedi-
ctis.

Auguſtin. · Nos Martyribus noſtris non templa ſicut dijs, ſed memorias ſicut hominibus mortuis, quorum apud Deum uiuit ſpiritus, fabricamus, nec ibi erigimus altaria, in quibus ſacrificemus Martyribus, ſed uni Deo, & Martyrum, et noſtrum ſacrificium immolamus, inquit Auguſti. de ciuit. Dei lib. 22. cap. 10.

Cedāt itaq; tā apertis ſcripturæ teſtimonijs miſeri, quibus illorum dogmata planè euertuntur. En habent uerbum Dei ipſiſsimum cum ſanctorum patrum in uinea Domi

ni

nilaborantium Decretis, aduersus quod ne mutire quidem possunt, deponant igitur audaciam, redeãt ad corpus uiuant in Ecclesia matre. Nam extra hanc neque Christus, neque uita, neque proinde uiuificans Dei uerbum. Hæc enim Ecclesia, testatur Augustin. contra aduersa Leg. & Prophe. lib. 1. cap. 19. à temporibus Apostolorum per Episcoporum successiones certissimas usque ad nostra, & deinceps tempora perseuerat, & immolat Deo, in corpore Christi sacrificium laudis, ex quo Deus Deorum locutus uocauit terram à solis ortu usque ad occasum. Hæc quippe Ecclesia est Israël, secundum Spiritum, à quo distinguitur ille Israël secundum carnem, qui seruiebat in umbris sacrificiorum, quibus significabatur singulare sacrificium,

Sacrificium Laudis.

quod nunc offert Israël secundum spiritum, cui dictum atque prædictum est. Audi populus meus, & ut cũ D. Ambrosio concludam, libro 5. de sacra. cap. 4. Si quotidianus est panis, cur post annum illum sumis, quemadmodum Græci in Oriente facere consueuerunt? Accipe quotidie, quod quotidie prosit. Sic uiue, ut quotidie merearis accipere. Qui non meretur quotidie accipere, non meretur post annum accipere.

Sed ut tandem uela colligam esset profecto induratis condolendum, si in opinione sua cum complicibus solum peruerse sentirent. Nunc uero non solum retro recedunt uerborum Christi existentes incapaces, sed deliria sua sequentes & continuo ipsismet fidem denegantes,

gantes, acerbissimis lacerant con-
uicijs, & identidem hæresis infa-
mia aspergunt, cum interim tamen
nec sibijpsis multi constent, & nũc
uacillando, nunc subterfugiendo
(quia iam inde cœpit MISSA
ab aliquibus haberi sacrificiũ gra-
tiarum actionis siue laudis, testatur
Apologia) nunc se Protei instar in
omnes formas uertẽtes, palàm me-
tum suum, & dubiam mentem o-
stendentes, qui cum penitus nil se
effecisse cognoscunt, uictoriam ni-
hilominus pollicentur, tanquàm
planè aduersarios superauerint.
Adeò impietas sub ueritatis spe ar-
risit, & naso suspendit adunco, &
uere dum scyllam euadere conan-
tur, non in Charybdim, sed in bara
trum incidunt tenebrarum, & sicut
Conchylia, crescente Luna auge-
scunt, decrescente macrescunt. Ita

hi à fortuna pendentes, nunc magni sunt, nunc pusilli, nunc elati, nunc supplices, utcunque Rhamnusia mutauerit sese, parcat illis Deus, qui tam impense inuoluere moliuntur simplices. Faxit Deus tandem ut sublatis ex Ecclesia atque Republica Christi dissidijs primum, deinde repurgato quasi Augiæ stabulo, unum Deum, unum Christum omnes profiteamur, eius statuta præscriptáque meditemur, proficientes quotidie uberioribus uirtutum auctibus, donec accedamus ad mensuram plenitudinis Christi, unoq; ore Domino gratulantes, ei sanctum carmen pangamus. Quàm dilecta tabernacula tua Domine uirtutum.

IN

INTENSA ET ENERgitica precatio ad sanctissimã Eucharistiam. P.

Hostia quæ modici panis uelamine sacro
Clauderis, & cœli culmina celsa tenes.
Cui uastum pelagus, Phœbi quoque flam meus ardor,
Parẽt, & quicquid frugifer orbis habet.
Viuificis animum dapibus depascis, anhelam
Fontibus omnifluis exigis atq; sitim.
Tabifici sceleris sordes auertis olentes,
Te duce cœlestis porta recluſa patet.
Ad tua confugimus dulcis libamina gustus,
Ceruus areniuagas ut leuis ardet aquas.
Da mea discrutiet gemibundulus ilia mœror,
Nectare præterito torqueat atque magis.
Da Stygij nobis artes superare drachonis.
Tartareo demur ne cita præda lacu.
Supprime surgentes animos, cordisq; tumorem,
Per tenon possint esse supercilia.
Vera renascatur pax et concordia fratrum,
Cana fides uigeat, sit pietatis amor.

PERORATIO AD Lectorem.

NEmo cum ista perpauca ex sacris literis in unum compacta opusculum audierit, hãc sacratissimam tractationem æstimet sufficienter expositam. In hoc enim sacrificio tot & tanta suntinuoluta mysteria, ut nemo nisi per spiritus unctionem edoctus, ea sufficiat explicare. Feci diligenter ut potui, non sufficienter ut uolui, super eius imperfectione primum uẽniam postulans, deinde illud limæ castigationique politiorum in Ecclesia subijciens, atq; modestorum pijsq; legentium orationibus unicè me commendans. Quòd si uel linguæ uel calami lapsu (quod hominis proprium est) ignoratione ab ipsius fidei regulis aberrauerim,

id

idactutum & ante omnia reuocatum & explosum sit. Sicut etiam apicula omnibus flosculis insidens de unoquoq; optima carpit: Ita & ego perlustrans probos authores optima hauriens in ordinem congessi meas uigilias & ardores omnibus communicans, neq; tamen ullo in loco suppresso authoris nomine, aliena pro meis, ad Aesopicæ corniculæ morem, uolui mihi uenditare. Sed nolo hic multa uerba profundere, opus artificem. Tui igitur candoris erit, amicissime lector errata castigare, idiotica atque crassula repurgare: sunt enim plane Tyrocinia, interim dabo fidelem operam, si fuero ab inuidia liberatus, & negociorum undis exutus, ut & alia limatiora studiosis in publicum emittantur. Si æditionem uidero fortunatam, tibiq; æ-

quisi.lectori acceptam. Omnem enim uitam decreui ad hominum utilitatem cõsumere. Deus est mihi testis nihil me magis desyderare quàm prodesse omnibus hominibus, quod & anteacta uita nostra ostendit, ubicunque uiximus, & ostensuram speramus indies magis quamdiu in hac lachrymarum ualle & plena miseriæ uiuimus. Dabo igitur operam ut quantum in me est semper prosim, nã etsi quietam ac tranquillam agere uitam possumus Dei nutu, laboriosam tamen & plenam negocijs eligimus. Natus est enim homo non ad uoluptates bono & docto uiro indignas, sed ad laborem, & ad agendum semper aliquid uiro dignum. Non torpeamus igitur, non uitam in ocio, uentri, somnóque & reliquis uoluptatibus indulgentes trã

Otia dant uitia.

seamus

ſcamus ueluti pecora. Nam (ut inquit magnus ille CATO) uita hominis propè uti ferrum eſt, ferrum ſi exerceas conteritur, ſi non exerceas, tamen rubigo interficit. Ita ſi ſe homo exerceat, conſumitur, ſi non exerceat, torpedo plus detrimẽti affert, quam exercitatio. Plura certe dediſſem, niſi, Laborũ moles, & ſaginati quidam exilis eruditionis nugiuẽduli, reſtitiſſent. Recte igitur Heſiodus, cũ ait: Qui in ſole ambulant, neceſſarium eſt ut ipſos ſequatur umbra, uerùm qui per gloriam proficiſcuntur, ſequitur inuidia. Vale ergo pie Lector & fruere, & muſas exoſculare, & his audacibus parcito cœptis.

Regnorum regi Christo & domi-
no dominorum
Gloria, lux, uirtus, laus, honor,
atque salus.

FINIS.

MISSAE PERTRACTA
tionis Michaëlis Buechin-
geri finis. Anno M.
D. LV. men-
se Martio.

ERRATA QVAEDAM

obiter irrepſere, nõ.n. ſemper interfui correctioni ꝓpter loci diſtantiã, tametſi huiuſmodi quæ attentum lectorẽ alioqui remorari non queant, aſsignata tamen, ut ſi cui libeat ipſe caſtiget. Boni conſule operam noſtram candide lector, imbecillitati parum quiddam concedens.

Fol.1.a.9. linea, idololatria.
Fol.2.a.4. linea, Euangeli.
Fol.3.b.18. linea, ſubſtan.
Fol.10.a.4. linea, plena.
Fol.13.a.5. lin. cœleſtis.
Fol.23.a.10. lin. rationabi.
Fol.27.a.21. lin. concili.
Fol.29.b.3. lin. dilucidiorem.
Fol.32.b.3. lin. monſtrare.
Fol.32.b. lin. 8. Ἀρκεφάγους.
Fol.22.b.21. lin. honorandam.

Fol.42.a.20.lín.Nazaræus.
Fol.49.a.12.lín.ergôs.
Fol.53.a.3.línea,dæmonum.
Fol.61.a.15.lín.aſſeclis.
Fol.92.b.11.lín.confitemini.
Fol.160.a.2.lín.pedes.
Fol.183.b.4.lín.teſtante.
Fol.173.a.9.lín.peragit.
Fol.192.b.4.lín.alleuiationem.
Fol.196.b.1.línea,Oſculum.